& furth on*e* ſown*e* ca*ne* he fare,
To sek sanct*e* Ninia*ne* in Galou*ay*
& for his heile til hy*me* pray. 1200
& to þe place as he ves cu*m*yne,
Me*ne* of his hors hy*me* has nu*m*my*ne*
& in (to) þe kirk, or þai fane,

1120) Ms. me*ne*. 1121) Ms. notvt. 1132) of fehlt. 1133) Ms. sa st. sla. 1172) Ms. lef.
1188) Ms. ſic, l. sek sanct?

þai brocht hyme befor s. Niniane,
1205 & mad hyme þar a bed fut-hat,
As efferit til his estate.
þe mast part of þat nycht he lay
Vakand & ȝarne cane pray
To s. Niniane, hyme to mend
1210 & in his lymmys helpe hyme send;
& al þe morne duelt he (þar) stil,
Prayand sumedele with Iwil vil —
For he gat nocht heile sa sone
As he demyt he suld haf done.
1215 Ȝet duelt he þar,þat nycht stil
& þe hale morne þar-til,
Vith angry wil, for þat he,
As he vald, mycht nocht helpyne be,
& faucht & flat with Niniane
1220 & sad oftyme (til) hyme-al-ane:
»Ves I nocht wele prowit a sot
þat trewit sa sone to þe scot
þat sa stratly had vndirtane
His scottis lord s. Niniane
1225 Suld gyf me heile, gif I hyme socht?
Bot þat ves fals, for he ne mocht;
& suppos þat he had mycht
To helpe me as þe scot (me) hicht,
I suld haf wityne, had I bene
1230 Vyse (mane) & put out of wene,
þat scottis-mane of Galouay þane
Suld neuire helpe ony Inglis-mane
Or ȝet recouer hyme of his sare,
Bot erare purchas þat he sek vare.
1235 þarfor, gif I ma cume hame,
þe scot sal de vith gret schame,
þat gert me mak þis (gret) travale,
Hichtand It suld me awale!«
Vith þis he left nocht, bot efte cane bane
1240 Sancte Niniane, þe haly mane, —
For mene hurt communly
Ar mar turne & mare angry,
One quhat wyis sa it fal,
þane he þat has his lymmys al; f. 346
1245 & eth is (it) for til eke
Disese til hyme þat is seke. —
& fywe causis ar þai sere
Quhy mene ar torment(it) here:
Othir for vertu in prowynge,
1250 As tyd of Job in fandinge,.
For he held ay tholmodnes
In tynsale of gud & seknes;
Or of meknes for ȝemsele,
As to sancte Paule quhile befel
1255 þat had gret fandinge in his flesch
To hald hyme in to meknes,
Ellis (he) suld oure-proud haf bene
For þe sicht he in hewine had sene;
þe thrid cause is but (ony) were
1260 For synnis to be clengit here,
As tyd of hyme (þat) lange cane ly
In seknes of perlesy,
To quhame Criste sad: »ryse al fre,
For þi syne is forgiffine þe«;
1265 þe ferd (cause) is to mak vnhyd
þe Joy of god, as quhile betyd
Of hyme þat borne ves blynd mane
& syne thru Criste his sicht wane;
þe fyft (cause) is þe betaknynge
1270 Of al-lestand dampnynge,
As first here þare be giffine (!)
& syne euir in hel to vyne,
As of Judas quhyl betyd
For þe tresone he Crist did.
1275 Bot quhilk (of) þer causis gert be
þis mane in torment, nov sa ȝe! —
þane, quhene he had chyd his fil,
His mene mekly sad hyme til:
»Sir, ȝe ma haf na bewayne
1280 Vith sanctis þis to mak bargane,
For of þame for ony thret
Mene ar nocht wont þare erand gat,
Bot erare mone be (askit),þai
Vith meknes þane with outray.
1285 þarfor lefis ȝoure crabitnes
& þis a nycht with meknes
To s. Niniane makis prayere
þat he wil mak ȝow haile & fere,
& to-morne but (mar) delay,
1290 Gyf ȝe wil, fare hame ȝoure way!«
& þat nycht as he slepand lay,
A lytil (we) befor þe day
Ane put one hyme, lyk to be

1218) l. holpyne. 1241) l. þat hurt ar. 1242) Ms. turne st. tarne torne fierce, choleric, belg. toornig. 1247 u. 75) Ms. cause. 1247—76) Excurs. 1271) Ms. us. 1284) askit fehlt. 1292) we fehlt.

A bischope in al degre.
1295 þane waknyt he in gret affray
& sone to þat ma*ne* cane say:
»I pray þe, þat waknis me,
Tel me þi na*me* quhat þu be!«
Q*uod* he: »Niniane is my*ne* name,
1300 þat þe waknis for to blame
For þe foly þat þu ded
Quhe*ne* þu w*ith* me sa roydely chid
& mystrowand þat I mo*ch*t
Helpe þe ocht, þu me so*ch*t —
1305 þare þu mysdid, no*ch*t anerly
To me, bot to god almy*ch*tty,
Mystrowand he wald gif me my*ch*t
þi lath ly*m*mys for to ry*ch*t;
& no*ch*t co*n*uertand þare-of þane
1310 Sad þu suld ger fla my mane
For he for þ*i* gud ekit (!) þe
To cu*me* her*e* þe way to sek me.
Bot þu sal wit now be sy*ch*t
þat god has grantit me sic my*ch*t
1315 þat I ma helpe quho*me* I wil,
þat mekly sekis her*e* me til;
þi ly*m*mys haile & far*e* sal be,
Bot w*ith* þine ene þu sal no*ch*t se,
þat vthir*e* ma ensample tak
1320 V*ith* halouys bargane to mak.
Bot ga þu nov hale ha*me* & send me
My ma*ne*, (þo) þu ſtand-blynd be,
Or þu sal wyt I ame of my*ch*t
Ver þane þu wes þe to dy*ch*t.«
1325 þis sanct Niniane vent away,
& þat fellone, quhare he lay,
Raxit hyme, & fand (al) hale
His ly*m*mys al þat mad hy*me* bale;
& bad his curting*e* vpe suld be
1330 Drawine, þe ly*ch*t for to se.
& quhene (þat) it vpe ves ty*ch*t,
þane wist he he (had) tynt þe sy*ch*t,
& gretand sar*e* he sad: »alace!
For my*ne* ogart I haf tynt grace!
1335 þat is our*e*-weile kyd one me:
For blynd I ame quhyt & fre.
Bot lofit be þu, sanct*e* Niniane:
þo*ch*t þu fra me þe sy*ch*t has tane,
My ly*m*mys hale þu has me lent
Quhar*e*-in lang*e* I haf had turme*n*t, 1340
To ger*e* be (me) myst*er*ful kene
þat wele þu may helpe al mene,
& to be were be me þat þai
Nocht bot lowyng*e* of þe say; f. 347
For be me knawine has þu made 1345
þat þu cane helpe & hurt but bade.«
þane went he one til his lande,
& þis tald til al he fande,
& sone his presoner*e* hame sende
& gef hyme gud, hyme til amende. — 1350
For-þi, Joyful sanct Niniane,
þat oft helpis mony-ane,
Agane al fais þu helpe me,
Sene or vnsene quethir þai be,
& gyf me grace sa til lif here, 1355
Quhethir*e* I be haile or ellis fere,
Out of þis varld (þat) I ma twyne
But schame, det & dedly syne. —

A lytil tale ȝet herd I tel,
þat in to my tyme befel 1360
Of a gudma*ne*, in Murrefe borne
In Eglyne, & his kine beforne,
& callit vas a faithful man*e*
V*ith* al þame þat hyme knew þan*e* —
& þis mar*e* trastely I say 1365
For I kend hyme weile mo*n*y day;
Johnê Balormy ves his name,
A ma*ne* (þat wes) of ful gud fame.
& in p*ro*cesse of tyme tyd hyme
Til haf þe worme in til his lyme, 1370
& wro*ch*t sa in his schank & kne
þat bath ware þai lyk tynt to be;
For bath þai var sa swollyne
Of þat worme fellone, & bollyne
& þat syndry holis ry*n*nand, 1375
þat one þat syd he my*ch*t no*ch*t stand
Na gang*e* na fut (out) of þe sted
To wyne his fude na eschew ded;
& þat held hyme ful thre ȝere,
Ay wer*e* & wer*e* in þat maner*e*, 1380
þat helpe of gris gat he nane,
Na of charme na of stane.

1311) Ms. þe st. þi. ekit st. eggit. 1304) l. þo þu? 1317) l. fere. 1322) þo fehlt. 1341) me fehlt. 1362) Ms. elg'yne. 1368) þat wes fehlt. 1371) & st. þat. 1373) l. sa gret, vgl. 797. 1381) l. cuth get.

Syne a tyme, as he (sa) lay,
Hyme come to mynd (þat) he herd say
1385 þat, quha wald sanct Niniane seke
& to fast his fasting*e* awou eke,
þat he suld gif þai*me* þar*e* askyne,
Bot it war*e* wnleful thing*e*.
þarfor he awouyt, or*e* he fayne,
1390 To fast & sek sanct Niniane,
In hope sic grace he suld gif hyme
þat he my*ch*t weile recou*er* þe lyme.
& fra he sic awou had made,
Of þe maſt redy gud he hade
1395 Sone his spending*e* he ca*ne* ʒare
þar-with he suld to Quhythorne far*e*,
& gat men to by hyme be,
To helpe hyme in necessyte.
& quhe*ne* þis wes redy made,
1400 He fur*e* his way but (mar) abade
& held one þe nerraste way
Quhar met & drink ves fu*n*dine ay.
& mylys ar*e*, quha cane tel,
Fra Eglyne, quhar he ca*ne* duel,
1405 To Quhythirne, I dar*e* say,
Twa hu*n*dre myl*is* of met way.
Ʒet *with* (gret) disese and payne
Ydir*e* he wane, & ves fayne.
& quhe*ne* he come to þe kirk,
1410 þai tuk hyme of his hors (ful) Irke,
& one twa handis & a kne
To þe hye alter*e* trawalyt he
& off*er*it þare; & men*e* hyme dy*ch*t
A bed to ly in (in) þat ny*ch*t.
1415 & he, þat sar*e* wes & wery,
Slep*it* our*e* þat ny*ch*t sadly.
& one þe morne, as It dew day,
Til hyme, þat halfly-slepand lay,
Sanct*e* Niniane (þar) cane aper*e*
& teynd*ir*ly cane at hyme sper*e* 1420
Gif he in wil wes to fulfil
þe awou he mad hyme til.
Q*uod* he: ʒa, for wa or weile
He suld fulfillit ilke-deile.
þane sad sanct Niniane: »þo I sper*e*, 1425
þi gud wil haf I nocht in wer*e*;
Bot sen*e* þu has *with* gret disese
þis trawele mad me til enples,
I lat þe wit (þat) þu sal nocht
þi erand tyne þat þu has tho*ch*t. 1430
For-þi gang hame, quhe*ne*-eu*ir* þu wil!
For, þo þu cume one hors me til,
To gang hame þu sal hable be
One þi fete in p*ro*sp*er*yte
& haf þi lyme (al) hale & lycht, 1435
As euir*e* þu had in þi mast my*ch*t.«
& as day come, he fand his schank
Hale & fer*e*, & ʒarne ca*ne* thank
God of his grace, & sanct Niniane,
& mad þis kyd til mony ane; 1440
For bath his schank & his kne
War*e* als haile in al degre
As þai ony tyme befor wes —
Owtane þare wes les of flesche
& smallar*e* sump*art* (it wes) but wene 1445
þane þe todir*e* leg had bene.
& þis m*era*k*le* wes mad kyd . . . . . .
(Der Schluss fehlt mit dem folg. Blatt.)

(Beilage:) I. Vita Niniani,

Pictorum australium apostoli, auct. Ailredo Revallensi (c. 1150).

(Mss. Bodl. Laud. Misc. 668, Cott. Tib. D III, Cott. Tib. E I.)
(ed. Pinkerton Vitae SS. Scot.)

Praefatio. Testimonium Bedae de Niniano, cum observationibus Ailredi.

Gratiosam sanctissimi Niniani vitam divina nobis commendat auctoritas, quae sanctum patriarcham Abraham, patrem multarum gentium et fidei principem ante tempora secularia praedestinatum, tali primum probatur instituisse oraclo: Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et vade in terram quam monstravero tibi et faciam te in gentem magnam. Ita beatissimus Ninianus, relicta patria domoque patris, didicit in terra aliena quod post doceret in propria, constitutus a

1406) Ms. myle. 1416) Ms. slepand st. slepit. 1424) = fulfill It. 1432) cume st. come. 1447) Ms. m*era*lle. Nach 1447 fehlen nur noch wenige Verse.

domino super gentes et regna, evellere et destruere, plantare et edificare. Hujus beatissimi viri, et conversationis sacra primordia, et sanctitatis insignia, dignitatem officii, et fructum ministerii, finem optimum, et laboris praemium, venerabilis Beda in Ecclesiastica Historia gentis suae (sc. lib. III, cap. 4) paucissimis commendans verbis, ita de eo scribit: »Anno ab incarnatione Domini 565, quo tempore gubernaculum Romani Imperii, post Justinianum Justinus minor accepit, venit de Hybernia presbiter et abbas, habitu et vita monachi insignis, nomine Columba, Britanniam, praedicaturus verbum Dei provinciis septentrionalium Pictorum, hoc est, eis qui arduis atque horrentibus montium jugis ab australibus eorum sunt regionibus sequestratae. Namque ipsi australes Picti, qui inter eosdem montes habent sedes, multo ante tempore relicto errore Idolatriae, fidem veritatis acceperant, praedicante eis verbum Niniano Episcopo reverentissimo et sanctissimo viro, de natione Bretonum, qui erat Romae fidem et misteria veritatis edoctus. Cujus sedem episcopatus s. Martini Episcopi nomine et ecclesiam insignem, ubi ipse etiam corpore una cum pluribus sanctis requiescit, jam nunc Anglorum gens obtinet. Qui locus ad provinciam Berniciorum pertinens vulgo vocatur ad Candidam Casam, eo quod ibi ecclesiam de lapide, insolito Bretonibus more, fecerit.«

Tanti itaque viri fideli testimonio didicimus viri hujus principia, qui eum de gente Bretonum oriundum, regulis fidei in sancta Romana ecclesia astruit institutum. Didicimus et officium, qui eum episcopum, et verbi Dei praedicatorem, commendat. Dedicimus et fructum laboris, qui australes Pictos ejus industria ab idolatria ad veram fidem probat esse conversos. Dedicimus et finem, qui eum in s. Martini ecclesia cum pluribus sanctis requiescere praetestatur. Verum, quod ipse breviter, prout historiae suae tenor postulare videbatur, tantum tetigisse videtur, nobis liber de Vita et Miraculis ejus, barbarice scriptus, latius exequendum proponit. Qui quidem liber a testimonii illius fundamento nusquam devians, modum cum quo talia initia arripuit, quo talem fructum promeruit, quo tam laudabilem finem obtinuit, hystorico more conscribit.

Cap. I. Natales Niniani, et educatio.

In insula quae quondam a Bruto, ut dicitur, Britanniae nomen accepit, in ipsius nominis gente, haud ignobili familia, beatus Ninianus extitit oriundus; in ea, ut putatur regione, quae in occiduis ipsius insulae partibus (ubi oceanus quasi brachium porrigens et ex utraque parte quasi duos angulos faciens, Scotorum nunc et Anglorum regna dividit) constituta, usque novissima ad Anglorum tempora proprium habuisse regem, non solum hystoriarum fide, sed et quorundarum quoque memoria comprobatur. Pater eius rex fuit, religione Christianus; talis apud Dominum fidei, talis meriti, ut tali prole dignus haberetur, per quem ea quae gentis suae fidei deerant supplerentur et alterius gentis natio quae fidei sacramenta non noverat, sacrae religionis imbueretur misteriis. Hic in ipsa infantia, sacra sui baptismatis unda renatus, vestem nuptialem quam candidatam (!) suscepit immaculatam conservans, victor vitiorum christiani (!) eam conspectibus praesentavit; ac spiritum sanctum quem primum habuit mundatorem, sanctissimis moribus sui sacri pectoris habere meruit illustratorem. Ipsius namque magisterio quod contrarium religioni, quod castitati adversum, quod bonis contrarium moribus, quod legibus veritatis dissonum, adhuc puer, sed non sensu puerili, exhorruit. Quod vero legis erat, quod gratiae, quod honestatis, quod utile proximo, quod gratum Deo, senili jam mente excolere non cessavit. Felix cujus voluntas fuit in lege Domini die ac nocte, qui tanquam lignum quod plantatur secus decursus aquarum fructum dedit in tempore suo, cum in aetate virili strenue impleret quod summa cum devotione didicerat. Mira illi circa ecclesias devotio, mira erga socios dilectio. In cibo sobrius, parcus in verbis, in lectione assiduus, gratus moribus, joci abstinens, et spiritui semper carnem subjiciens. Igitur in scripturis sacris intendens animum, cum a peritioribus quibusque gentis suae viris fidei regulas eorum more didicisset, intellexit adolescens sagacis ingenii sedulum sensum, quem inspiratione divina ex scripturis ipse conceperat, multa illis ad perfectionem deesse. Hinc fluctuare animo cepit, seque infra perfectum non sustinens, aestuabat, suspirabat; concaluit insuper cor ejus intra eum, et in meditatione ejus exarsit ignis. »Et quid, inquit, faciam? In terra mea quaesivi quem diligit anima mea, et non inveni. Surgam, et circuibo mare et aridam, queram veritatem quam diligit anima mea. Itane tantis opus est? Nonne Petro dictum est Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et portae inferi non pra(e)valebunt adversus eam? Igitur in fide Petri nihil minus est, nihil obscurum, nihil imperfectum, nihil adversum quod doctrina nequam sententiae perversae, quasi portae inferi, praevalere sufficiant. Et ubi fides Petri nisi in sede Petri? Illuc certe, illuc mihi eundum est; ut exiens de terra mea et de cognatione mea et de domo patris mei, merear in terra visionis videre voluntatem Domini et protegi a templo ejus. Arridet seculi malefica prosperitas, alludit mundi vanitas, blanditur cognationis affectio,

deterret labor et carnis afflictio. Sed qui diligit patrem aut matrem plus quam me, ait dominus, non est me dignus; et qui non bajulat crucem suam et sequitur me, non est me dignus. Didici nam quod contemnentes aulam regiam pervenerint ad regna celestia.« Itaque sancti spiritus instinctu animatus, spretis divitiis omnibusque calcatis affectionibus, peregrinationem nobilis adolescens arripuit. Transiensque Britannicum mare, et per Gallicanas Alpes ingressus Italiam, prospero itinere ad Urbem usque pervenit.

Cap. II. Advenit Romam. Episcopus ordinatur a Pontifice. Conversatio cum S. Martino. Reditus in patriam.

Veniens Romam adolescens beatissimus, cum ante sacras Apostolorum reliquias devotionis suae obsides lacrymas demisisset ipsorumque patrocinio desiderium suum multis orationibus commendasset; accedens ad summae sedis presulem, cum ei itineris sui causam exposuisset, amplexatus ejus devotionem Pontifex loco eum filii summa cum devotione suscepit. Moxque doctoribus veritatis, fidei disciplinis ac sanis scripturae sensibus tradidit imbuendum. Animadvertit autem adolescens Deo plenus se non frustra vel in vacuum laborasse: intelligens nimirum ab imperitis Doctoribus multa sanae doctrinae adversa sibi, suisque compatriotis, fuisse persuasa. Tota deinde aviditate inhyans verbo Dei, instar apis, argumentose ex diversis doctorum sententiis, quasi ex multi generis floribus, sapientiae sibi favos composuit, atque jam alveolo sui pectoris recondens, ad interioris hominis sui refectionem, aliorumque multorum consolationem, ruminandos perferendosque servavit. Digna sane recompensatio, ut qui amore veritatis patriam, divitias deliciasque contempserat, in ipsa, ut ita dicam, penetralia inductus et ad ipsos sapientiae et scientiae thesauros admissus, pro carnalibus spiritualia, pro terrestribus caelestia, pro temporalibus aeterna bona perceperat. Interea dum castus corpore, animo prudens, in consiliis providus, in omni actu verboque circumspectus, ab omnibus praedicaretur; accidit ut ad ipsius summi pontificis gratiam familiaritatemque conscenderet.

Pluribus igitur annis in Urbe laudabiliter conversatus, et in sacris scripturis sufficienter eruditus, ad virtutem summam provehitur et pennis caritatis subvectus, ad caelestia contemplanda sustollitur. Audiens deinde pontifex Romanus quosdam, in occiduis Britanniae partibus, necdum salvatoris veri suscepisse fidem, quosdam vel ab hereticis vel a lege Dei parum scientibus verbum Evangelii audisse: tactus spiritu Dei praedictum Dei virum ad episcopatus gradum propriis manibus consacravit, et primum suae genti, data benedictione, Apostolum destinavit.

Floruit tunc temporis beatissimus Martinus, Turonicae civitatis Episcopus, cujus vita miraculis gloriosa jam ab eruditissimo viro sancto Sulpicio descripta, totum illustraverat orbem. Rediensque itaque ab Urbe vir Dei spiritu plenus, tactusque desiderio videndi eum, ad civitatem Turonicam iter divertit. Quo gaudio, qua devotione, quo affectu ab eo susceptus sit, quis facile dixerit? Ex gratia quippe prophetici luminis, novi eum pontificis virtus non latuit: quem sanctificatum a Spiritu, et multorum saluti profiturum, Deo revelante cognovit. Junguntur in tabernaclo Domini columnae, altera ad alteram, duoque Cherubin expandentes alas suas tangunt se mutuo, et nunc pennis virtutum subvecti excedunt Deo, nunc stantes, et dimittentes alas, fiunt sobrii proximo. De superioribus igitur ad haec inferiora regressi, beatus Ninianus a Sancto cementarios sibi dari postulat, propositum sibi esse asserens, sicut sanctae Romanae Ecclesiae fidem, ita et mores in construendis Ecclesiis, Ecclesiasticisque officiis constituendis, imitari. Annuit votis vir beatissimus. Et sic, mutuis colloquiis quasi celestibus epulis saginati, post amplexus, et oscula, et lacrymas invicem fusas, Sanctissimus Martinus in propria sede resedit, Ninianus in opus quo fuerat demissus a spiritu, duce Christo, festinavit. Quo in patria recepto, fit magnus populorum concursus et occursus, ingens cunctis laetitia, mira devotio, laus ubique resonat Christi; quidam sicut Prophetam eum habebant. Mox strenuus agricola Domini sui agrum ingressus, cepit male plantata evellere, male collecta dispergere, male aedificata destruere. Purgatis deinde ab omni errore fidelium mentibus, cepit in eis sincerae fidei jacere fundamenta; superaedificans aurum sapientiae, et scientiae argentum, bonorumque operum lapides; quae omnia fidelibus agenda, et verbo docuit et exemplo monstravit, cum multis et magnis miraculis confirmavit.

Cap. III. Fundatio ecclesiae de Whithern.

Elegit autem sibi sedem in loco qui nunc Witerna dicitur; qui locus super litus Oceani situs, dum se ipsum mare longius porrigit ab Oriente, Occidente, atque Meridie, ipso pelago clauditur; a parte tantum Aquilonali, via ingredi volentibus tantum apperitur. Ibi igitur jussu viri Dei cementarii, quos secum adduxerat, ecclesiam construunt; antequam nullam in Britannia de lapide dicunt esse constructam.

Et jam quidem sanctissimum Martinum, quem miro semper venerabatur affectu, a terris ad coelos didiscerat transmigrasse, ipsam ecclesiam in ejus honore studuit dedicare.

Cap. IV. Regem Tuduvallum sanat, et convertit.

Itaque lucerna super candelabrum posita, cepit his qui in domo Dei erant signis lucere coelestibus, et radiantibus virtutum flammis, verbo Domini lucido et ignito mentes illuminare tenebrosas et succendere frigidas. Fuit in regione eadem rex quidam (nam tota insula diversis regibus divisa subjacuit) Tuduvallus nomine, quem divitiae, potestas, et honor erexerant in superbiam; quem concupiscentia carnis, et concupiscentia oculorum, et divitiae mundi, elacionis suae et superbiae incentivum; dum quantum quisque habet tantum se posse presumit, tantum sibi et licere confidit. Hic viri Dei monita contemnens, et clam doctrinae ejus et moribus ejus derogabat, et sanae doctrinae ejus in facie resistebat: ita ut terra videretur reproba et maledicto proxima, utpote quae semper super se venientem bibens imbrem spinas et tribulos, non herbam oportunam germinabat. Quodam autem tempore cum plus solito molestus esset viro Dei, non ultra passus judex coelestis servi sui inultam iri injuriam, intolerabili morbo superbum percussit in capite, confregitque verticem capilli perambulantis in delictis suis. Tantumque praevaluit aegritudo, ut elatos illos oculos caecitas repentina obduceret, et qui lucem impugnaverat veritatis, lucem amitteret carnis; nec frustra neque ad insipientiam ei. Jacebat enim miser pressus dolore, privatus lumine, sed externis obtenebratus, internis illustratus, dum rediens ad cor confitetur excessum, ab illo solo sperans remedium, cui se semper exhibuerat inimicum. Vocatis postremo necessariis amicis, accepto ab eis consilio, quoniam ipse detentus infirmitate ire non potuit, nuncios mittit ad virum Dei, obsecrans ut non intret in judicium cum servo suo, nec retribuat ei secundum opera sua, sed, ut imitator divinae benignitatis, retribueret ei bona pro malis et dilectionem pro odio. Audiens haec vir beatissimus, non in gloriam eam elatus humanam, sed ut semper misericordiae miseribus affluens, premissa ad Dominum oratione, ad aegrotum cum summa humanitate et devotione perrexit. Et primum quidem leni increpatione virum corripit, deinde medica manu caput tangit aegroti, caecisque luminibus signum vitae salutaris impressit. Quid plura? Fugit dolor, caecitas luce superveniente fugatur. Sicque factum est, ut, morbus corporis morbum animi curaret, morbum vero corporis viri Dei virtus expelleret. In utroque igitur, corpore scilicet et mente, sanatus, coepit deinceps sanctum Dei omni affectu colere et venerari, sciens expertus quod Dominus erat cum illo, et omnia opera ejus dirigebat, praestans ei virtutem super omnem hominem extollentem se adversus scientiam Christi, cum in promptu haberet ulcisci omnem inobedientiam et injuriam illatam famulis Christi. Si igitur contemptor iste, gratia humilitatis et penitentiae, a sanctissimo viro meruit sic sanari, quis dubitet eum qui certa fide, sincero et humili corde, ad interioris hominis sui vulnera sananda auxilium tanti viri poposcerit, citum remedium ejus sanctis meritis promereritur. Sed jam ad alia transeamus, quae tanto videntur esse majora, quanto ipsi naturae probantur esse contraria.

Cap. V. Presbyterum stupri accusatum absolvit.

Fuit puella quaedam in obsequium alicujus viri nobilis, secundum carnis hujus putredinem, pulchra facie et venusto aspectu. In quam cum oculos injecisset juvenis impudicus, amore corripitur coeco, conceptaeque libidinis flammam non sustinens, cepit puellam de consensu sceleris convenire. Effecit tandem vel prece vel pretio, ut conciperet dolorem et pareret iniquitatem. Subditur alienae libidini misera mulier, de Dei judicio parum solicita, quae humanum se putabat latere posse conspectum. Sed tumescente utero crimen proditur, et mox risus in luctum, gaudium in dolorem, voluptas mutatur in poenam. Sed quid ageret? Quo se verteret? Lex, parens, Dominusque timentur. Iniit ergo infelix mulier foedus cum morte, et in mendacio spem ponit, credens se minus ream videri, si ab aliquo magni nominis viro deceptam se diceret vel oppressam. Compulsa itaque a majoribus reum prodere, presbitero, cui curam Parrochiae pontifex delegaverat, stupri crimen imponit. Stupebant omnes, qui audiebant verbum, puellamque absolvunt crimine, quod tantae auctoritatis virum aestimant commisisse. Scandalizantur boni, mali laetantur, ridet vulgus, et sacer ordo ab impiis blasphematur; presbiter, cujus laesa fuerat fama, tristatur. At Deo dilectum antistitem, spiritu revelante, non latuit innocentia sacerdotis. Ecclesiae tamen scandalum, et sanctae Relligionis detrimentum, haud jucunde sustinuit. Mulieri interim impleti sunt dies ut pareret, peperitque filium, non in sacerdotis ut putabatur, sed in patris simul et ignominiosae matris obprobrium. Convocat enim ad ecclesiam Pontifex omnes clericos universumque populum, habitoque ad

eos sermone exhortatorio, manum etiam imposuit baptizatis. Interea procax faemina omni pudore postposito, cum suis prorumpens in populum, in faciem presbiteri projecit puerum, in auribus totius ecclesiae ipsum patrem pueri, ipsum corruptorem sui ac deceptorem vociferans. Fit clamor in populo: pudor bonis, risus malis. At sanctus silentium imperans plebi, jubet sibi puerum praesentari, non nisi unius noctis aetatem habentem. Dei itaque spiritu inflamatus, cum intendisset in eum, »Heus, inquit, o puer, in nomine Jesu Christi, si presbiter iste te genuit, coram plebe edicito.« O rem stupendam, et omni admiratione dignam! O miram Dei clementiam! O ineffabilem fidei Christianae virtutem! Vere omnia possibilia credenti, sed quid dico? non expectata est aetas ad instrumentum, non doctrina ad officium, non tempus ad usum: sed fide impetrante vis divina linguam infantis disertam fecit, et ex ore infantis et lactantis confundit reum, convincit mendacem, innocentem absolvit. Ex infantili itaque corpore vox virilis insonuit; lingua inerudita rationabilia verba formavit. Extendensque dextram, proprium patrem designaus in populo: »Hic est, inquit, pater meus; ipse me genuit, ipse crimen quod imponitur sacerdoti commisit. Innocens quippe ab hoc piaculo presbiter tuus est, o episcope, nihil mihi et illi nisi communis naturae consortium. Satis haec.« Siluit deinde infans, secundum legem naturae vicesque aetatum sibi succedentium postmodum locuturus. Sonat mox in ore omnium gratiarum actio, et vox laudis; populus omnis gratulabundus exultat, intelligens quod propheta magnus surrexerat inter eos, et quod Deus visitavit plebem suam.

Cap. VI. Pictorum conversionem suscepit. Ad suos revertitur.

Interea aegre ferens vir beatissimus quod expulsus ab orbe Zabulus (= Diabolus) infra Oceanum, in angulo hujus insulae, in cordibus Pictorum sibi sedem invenerit, ad ejus tirannidem expellandam strenuus athleta accingit; sumens nimirum scutum fidei, galeam salutis, loricam caritatis, et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Talibus igitur armis munitus et sanctorum patrum consortio quasi caelesti militia constipatus, illius fortis armati invadit imperium, innumera captivitatis vasa ejus dominio erepturus. Itaque australes Pictos, quibus adhuc error gentilis inhaerens, idola muta et surda et venerari ac colere compellabat, aggrediens; evangelii veritatem et Christianae fidei puritatem praedicabat, Deo cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Caesi vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui surgunt, oppressi a daemone liberantur. Aperuit ostium verbo Dei, gratia spiritus sancti fides suscipitur, error abdicatur, templa diruuntur, ecclesiae eriguntur. Currunt ad salutaris lavacri fontem divites et pauperes, juvenes et virgines, senes cum junioribus, matres cum infantibus; abrenunciantesque Sathan et omnibus operibus et pompis ejus, populo credentium fide et voce sacramentisque junguntur. Agunt gratias miserecordissimo Deo, qui in insulis, quae procul, revelaverat nomen suum, mittens eis praedicatorem veritatis, lucernam suae salutis, et vocans non plebem suam plebem suam, et non dilectam dilectam, et non misericordiam consecutam misericordiam consecutam. Cepit deinde sacer Pontifex ordinare presbiteros, consecrare episcopos, caeterasque ecclesiasticorum graduum distribuere dignitates, totam terram per certas Parrochias dividere. Confirmatis postremo in fide et bonis operibus filiis suis quos in Christo genuerat, omnibusque qui ad honorem Dei et animarum salutem videbantur dispositis, valedicens fratribus ad propriam ecclesiam revertitur, ubi vitam omni sanctitate profectam, et miraculis gloriosam, in magna deinceps tranquillitate transegit.

Cap. VII. Miraculum in porris.

Accidit autem quadam die ut vir beatus, refectorium cum fratribus commessurus intraret; cernensque nihil olerum vel herbarum mensis impositum, vocat fratrem cui fuerat horti cura commissa, queritque causae quid fuerit quod nihil porrorum vel herbarum fratribus ea die esset appositum. Et ille: »Vere, pater, quicquid porrorum vel hujusmodi supererat, hodie terrae mandavi, nec aliquid adhuc aptum esui hortus produxit.« Tunc sanctus: »Vade, inquit, et quicquid invenerit manus tua tolle, et affer ad me.« Miratus ille stabat trepidus, hesitans quid faceret. Sciens tamen nihil frustra Ninianum posse percipere, hortum cunctabundus ingreditur. Mira res, et illis tantum, qui fidelem nihil non posse confidunt, credibilis! Videt porros, aliaque herbarum genera, non solum crevisse, sed etiam semen produxisse. Stupet ille, et quasi factus in extasi aestimabat se visum videre. Reversus tandem in semetipsum, et sancti viri virtutem ad memoriam revocans, agit gratias Deo; carpensque quantum sufficere videbatur, ante pontificem mensae imposuit. Aspiciunt se mutuo convivae, Deumque in sanctis suis operantem corde simul ac voce magnificant; et sic multo melius mente quam corpore pasti recedunt.

Cap. VIII. De animalibus et furibus.

Placuit aliquando sanctissimo Niniano, armenta sua et pastorum suorum visitare tuguria, volens greges suos, quos in usum fratrum, pauperum quoque et peregrinorum aggregaverat, episcopalis benedictionis esse participes. Congregatis itaque in uno aliquo loco animalibus, cum ea Domini famulus aspexisset, elevatis manibus, se et omnia sua divinae custodiae commendavit. Circuiens deinde omnia, baculo cui innitebatur, quasi ariacunculam (= areolam) modicam circumducens, pecora circumcinxit, jubens ut infra orbiclem illum sub divina custodia omnia ea nocte consisterent. His ita gestis, ad dominum cujusdam honestae matronae vir Dei ea nocte, ibi quieturus, divertit. Refectis autem cibo corporibus, verbo Dei mentibus, cum se cuncti sopori dedissent, fures advolant, videntesque pecora nec inclusa maceria, nec sepe munita, nec circumdata vallo, explorant vel si adessent vigiles, vel quin aliquid eorum conatui obstitisset. Cumque viderent silere omnia, nec voce, nec motu, nec latratu quidem aliquid quod terreret instare, transeuntes metas quas sanctus prefixerat impetu irruunt, omnia abducere laborantes. Sed affuit vis divina resistens impiis, immo obruens impios, contra eos qui velut bruta animalia mentem non colebant sed ventrem, pro instrumento bruto utens jumento. Taurus enim armentarius quasi in furorem versus invadit homines, latronumque principem inter caeteros inpetens prostravit miserum, cornibus ventrem perforat, animam simul cum visceribus excuciens. Deinde terram ungulis fodiens, mirabili impetu saxum quod invenerat pede percutit, ac mirum in modum in tanti miracli testimonium, quasi in molli cera, in lapide pes mergitur, relinquens in petra vestigium et ob vestigium loco nomen designans. Adhuc enim ipse locus anglice Farres last, latine tauri vestigium nuncupatur. Interea pater beatissimus solemni orationum statione soluta digreditur, cernensque hominem evisceratum inter pecudum pedes jacere exanimem, alios huc atque illuc discurrentes quibusdam furiis agitari; misericordia motus est; totusque ad Deum conversus ut mortuum resuscitaret oravit. Nec a lacrymis cessat aut precibus, donec hominem, non modo vivum, sed et sanum et incolumem, eadem quae occiderat virtus reddidisset. Vere enim virtus Christi ob sancti viri meritum percussit et sanavit; mortificavit, et vivificavit; deduxit ad inferos, et reduxit. Interea caeteri quos intra septum, quod pater formaverat, tota nocte discurrentes amentia quaedam concluserat, cernentes Dei famulum, cum timore et tremore ad ejus genua provolvuntur, veniam postulantes. Quos ille benigne corripiens, et timorem Dei, poenam rapacibus praeparatam salutari sermone insinuans, tandem data benedictione licentiam abeundi concessit.

Cap. IX. Queritur Ailredus de moribus sui saeculi. Mores Niniani. Miraculum imbris.

Cogitantem me sanctissimi viri morem sanctissimum, pudet socordiae nostrae, pudet hujus miserae generationis ignaviae. Quis rogo nostrum etiam inter domesticos saepius jocosa quam seria, otiosa quam utilia, carnalia quam spiritualia, in medium mutua confabulatione, collatione non proferat? Ora quae ad laudandum Deum, ad sacra misteria celebranda, gratia divina sacravit, quotidie detractionibus verbisque secularibus polluuntur. Et Dei psalmos, evangelium, prophetasque fastidiunt; per hominem opera vana et turpia, tota die discurrunt. Quid in itinere positur? Nonne, sicut corpus, ita et animus, tota die immotus est, lingua in otio? Rumores et mores hominum impiorum in ore versantur; risu et famulis gravitas religiosa dissolvitur; negotia regum, episcoporum officia, ministeria clericorum, principum altercationes, vita insuper omnium moresque discutiuntur. Praeter ipsum judicium nostrum omnia judicamus; et, quod magis dolendum est, invicem mordemus et comedimus, ut ab invicem consumamur. Non sic beatissimus Ninianus, non sic: cujus quieti turba non obfuit, nec meditationem impeduit iter, nec lassitudine oratio tepuit. Ubicunque enim incedebat, aut oratione, aut contemplatione, animum ad coelestia erigebat. Verum quoties divertens ab itinere, requiei corporis, vel etiam jumenti, indulgebat, producto libello quem propter hoc ipsum circumferebat, legere aliquid aut psallere gratum habebat. Sentiebat enim quod ait Propheta: quin dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ore meo. Unde illi tantam gratiam virtus divina contulerat, ut etiam sub divo recumbens, et legens inter densissimas pluvias, nihil unquam humoris, cui intendebat codicem attigisset, sed vicinis locis circumquaque aqua irruente madentibus, solus cum libello suo ita sub undis, quasi sub tecti alicujus culmine resideret. Contigit autem virum reverentissimum cum suo aliquando fratre, viro aeque scientissimo, Plebia nomine, iter agere, ac more suo laborem itineris hymnis solari Davidicis. Cumque, post aliquod viae spatium, ut modicum repausarent, a via publica divertissent, aptis Psalteriis, sacra Lectione, animos recreabant. Mox aeris jocunda serenitas atris obducta nubibus aquas pluviales quas haustu naturali conceperat, de superioribus ad inferiora transmisit. Quid plura? Tenuis aer, instar camerae, circa Dei famulos

arcuatus, quasi paries aliquis undis defluentibus impenetrabilis persistebat. Verum inter psallendum beatissimus N. oculos a libello detorsit, tactus modicum cogitatione illicita, etiam desiderio quodam, suggestione titillabatur daemonica. Sed mox ipsum, codicemque ejus, imber invadens prodidit quod latebat. Tunc frater qui assidebat, intelligens quid agebatur, leni correptione ordinis eum et aetatis commonuit, et quantum talem talia dedecerent aperuit. Statim vir Dei in se reversus erubuit se inutili cogitatione fuisse preventum; eodemque momento temporis et cogitationem deposuit, et imbrem suspendit.

Cap. X. Miracula baculi Niniani in mari et in terra.

Interea beato pontifici plures, tam nobiles quam mediocres, filios suos tradunt sacris literis imbuendos. Quos et scientia erudiebat, et moribus informabat; vitia, quibus ea aetas implicari solet, salubri disciplina corrigens; virtutes quibus sobrie, juste et pie viverent insinuans. Delinquerat aliquando unus ex adolescentibus, quod sanctum Dei latere non potuit. Et quia non debuit disciplina deesse peccanti, parabantur virgae, saevissima tormenta puerorum. Territus adolescens fugam iniit. Nec virtutem viri ignorans, baculum cui solebat inniti secum asportare curabat, optimum sibi viae solatium arbitrans adquisisse, si aliquid de rebus sancti secum attulisset. Fugiens itaque a facie viri, navem quae transfretaret in Scotiam quaeritabat. Solet illis in locis vas quoddam in similitudinem craterae ex virgis conpingi, tantae magnitudinis, ut sedentes juxta se tres homines carpere sufficiat. Cui corium bovinum superducentes non solum nabilem, sed et aquis impenetrabilem, reddunt. Forte tunc temporis eodem modo naves immensae magnitudinis parabant. Unam itaque talem, non tamen corio superductam, appulsam littori adolescens offendit. Quam cum incautius fuisset ingressus, divina providentia, nescio an propria levitate, facili enim tactu tales super undas longius evolant, porro in mare navis abripitur. Aquis vero irruentibus stat nauta miserabilis, quid ageret, quo se verteret, vel quid facto opus esset ignorans. Si navem deserat, vita periclitaretur; residentem mors certa manebat. Tunc demum miser fugae poenitens ultrices paternae injuriae undas pallente vultu spectabat. Tandem in se reversus, et S. Ninianum in suo baculo arbitrans esse presentem, quasi ante ejus vestigia lacrymabili voce confitetur reatum, veniam postulat, ejusque sanctissimis meritis, adesse sibi divinum precabatur auxilium. Deinde de nota sibi pontificis pietate, simul ac virtute confusus, in uno foraminum baculum fixit, ut etiam in mari quid posset Ninianus posteris non lateret. Mox ad tactum baculi elementum expavit et quasi divina virtute repulsum, per aperta foramina ulterius influere non presumsit. Tuae sunt haec, Christe, opera, qui discipulis tuis loquens, fideles tuos hac promissione donasti: Qui credit in me, opera quae ego facio et ipse faciet. Tu undis maris sacra impressisti vestigia, virtus Niniani naturalem maris virtutem compressit. Discipulum titubantem et propter hoc inter undas periclitantem, ne mergeretur, tua manus erexit. Disciplinam fugientem, ne fluctibus absorberetur, baculus Niniani protexit. In mari imperasti et ventis, ut discipulis timor adimeretur: virtus Niniani ventos moderavit, et mare, ut ad optata littora juvenis transferretur.

A parte quippe Orientali ventus exurgens, naviculam leni pulsu portabat. Baculus pro velo ventum excipiebat. baculus pro gubernaculo navem regebat, baculus pro anchora navem sistebat. Stat in littore Orientali populus, cernens navicellam instar aviculae fluctibus insidere, nec velo agi, nec urgeri remige, nec gubernaculo regi; quid hoc esset miraculi attonitus expectabat. Applicat interim adolescens, et, ut viri Dei merita latius innotescerent, fide animatus baculum fixit in littore: rogans Deum ut in testimonium tanti miraculi, missis radicibus, humoreque contra naturam recepto, ramos frondesque produceret, ac flores fructusque parturiret. Affuit propitia divinitas orantis affectui, ac mox lignum aridum porrectis radicibus, et novo se cortice vestiens, frondes ramosque produxit, ac postmodum in arborem non modicam crescens, virtutem Niniani etiam nunc cernentibus patefacit. Adjicitur miraculo miraculum. Ad radicem quippe arboris fons limpidissimus erumpens, vitreum rivilulum serpentem murmurare, ductu longiori emittit, et aspectu delectabilem, et dulcem haustu, infirmis autem ob sancti merita utilem et salubrem.

Cap. XI. Declamatio de morte Niniani. Ejus sepultura apud Whithern.

His atque hujusmodi miraclis beatissimus Ninianus mirabiliter fulgens, ac summis virtutibus pollens, ad diem vocationis suae felici cursu pervenit. Dies illa beato viro dies exultationis et letitiae, sed populo cui praeerat dies tribulationis et miseriae. Exultabat ille cui coelum aperiebatur; dolebat populus qui tali patre orbabatur. Exultabat ille cui corona perpetua parabatur, tristabantur illi quorum salus periclitabatur. Verum et ipsius gaudium interpellabat affectus, cum et ipsos deserere grave, a Christo autem diutius separari intolerabile videretur. Sed animam sic cunctantem Christus

consolans, Surge, inquit, propera amica mea, columba mea, et veni. Surge, inquit, amica mea, surge columba mea, surge per intellectum, propera per desiderium, veni per affectum. Congruit sane beatissimo viro vox ista, utpote amico sponsi, cui sponsam suam sponsus ille coelestis commiserat, cui revelaverat secreta sua, cui thesauros suos aperuit. Merito amica vocatur anima illa, ut ex amore totum, ex timore nihil constabat. Amica, inquit, mea, columba mea. O columba! columba sane docta gemere, quae felle amaritudinis nescia flebat cum flentibus, cum infirmis infirmabatur, urebatur cum scandalizatis. Surge, propera, amica mea, columba mea, et veni; jam enim hiems transiit, imber abiit et recessit. Tunc certe, vir beate! hiems tibi transiit, quando coelestem illam patriam contemplari felici oculo merebaris, quam sol justitiae lumine suae claritatis illustrat, quam succendit amor, quam mirabilis rerum aequitas, quasi verna quaedam temperies, temporis ineffabili unitate modificat. Tunc tibi (transiit) hyemalis intemperies quae omnia haec terrena distemperat, quae frigida mortalium corda vitiis irruentibus durat, in qua plene nec veritas lucet nec caritas ardet. Transierunt et recesserunt imbres temptationum, et persecutionum grandines. Anima illa sancta perfecte triumphans, in gloriam perpetuae viriditatis evasit. Flores, inquit, apparuerunt in terra nostra. De floribus quippe Paradisi, odor tibi coelestis, beate Niniane! spirabat, quando tibi et purpuratorum et candidatorum grex quasi familiarissimo suo vultu placido arridebat et ad suum te consortium invitabat, quem nimirum et castitas candidum, et roseum reddiderat caritas. Nam etsi occasio corporalis hujus martirii non prestitit signum, illud sine quo martirium nihil est, martirii meritum, non negavit. Quotiens enim gladiis se optulit perversorum, quotiens se, propter justitiam, tyrannorum armis exposuit, pro veritate paratus occumbere, mori pro justitia! Merito ergo ad flores rosarum et lilia convallium, ipse purpuratus et candidatus adsciscitur, ascendens de Libano, ut inter coelestia agmina coronetur. Tempus enim purationis advenit; quasi maturus enim botrus jam a stipite corporis vel a terrenae hujus ecclesiae vinea fuit amputandus, liquendus caritate, et in apothicis coelestibus recondendus.

Beatus itaque Ninianus vita perfectus, aetate maturus, feliciter migravit e mundo; aeternaque percepturus stipendia, angelicis spiritibus comitantibus invehitur coelo. Ubi nimirum Apostolicis choris sociatus, martiriis admixtus cuneis, sanctorum confessorum insertus agminibus, virgineis etiam floribus adornatus, in se sperantibus, ad se clamantibus, se laudantibus, subvenire non desinit. Sepultus est in ecclesia beati Martini, quam ipse a fundamentis construxerat, positusque in sarcophago lapideo juxta altare, clero et populo astante, hymnis coelestibus voce, corde cum suspiriis et lacrymis personante. Ubi virtus quae in vivente claruerat circa corpus defuncti apparere non cessat; ut omnis fidelis agnoscat eum in coelestibus vivere, quem in terris constat operari. Ad ejus namque sacratissimum tumulum curantur infirmi, mundantur leprosi, terrentur impii, caeci illuminantur: in quibus omnibus fides credentium roboratur, ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi; qui vivit et regnat cum Deo patre in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum.

Amen.

Cap. XII. Miracula reliquiarum Niniani.

1) In paupere deformi.

Translato igitur ad superos beatissimo Niniano, plebs fidelium quae viventem dilexerat, hoc quod de eo sibi videbatur esse relictum, sanctissimas scilicet ejus reliquias, summa devotione frequentabat. Cujus religioni ac fidei favens Divinitas sanctum suum, quem communis conditio terris exemerat, in coelestibus vivere crebris miraculis comprobabat. Cuidam de plebe de uxore propria natus est filius miserabilis, utriusque parentis dolor, plebis admiratio, intuentium horror, quem contra naturam natura formaverat, omnibus membris in contrarium versis. Retroversis namque pedum articulis, tali anterius prominebant, dorsum vultui cohaerebat, pectus vicinabatur occipiti, curvatis brachiis manus cubitis insidebant. Quid plura? Jacebat illa atra effigies cui data fuerant membra sine usu, vita sine fructu, cui artubus caeteris dissolutis sola lingua supererat, quam miseram planget, qua intuentes ad luctum, qua audientes provocaret ad fletum. Parentibus dolor continuus erat, tristitia quotidie crescebat. Venit eis tandem in mentem sanctissimi Niniani totiens experta majestas; ac fide pleni miserum illud cadaver arripiunt adeuntesque sacri viri reliquias sacrificium contriti cordis cum lacrymarum profusione offerunt, ac precibus devotis usque ad horam vespertinam insistunt. Deinde truncum illum ante tumulum sancti projicientes: »Suscipe, inquiunt, o beate Niniani! quod offerimus, munus quidem invisum, sed ad tuam virtutem comprobandam satis idoneum. Certe nos fessi, nos fatigati, nos affecti tristitia, nos taedio victi, tuae illud pietati exponimus. Nimirum si munus est, debetur gratia offerentibus; si onus, tu utique fortior ad sustinendum, cui potior virtus est ad subveniendum. Hic igitur aut moriatur, aut vivat; aut sanet, aut pereat.« Haec, vel similia, cum lacrymis prosecuti, relicto

ante sacras reliquias aegroto, discedunt. Et ecce intempestae noctis silentio videt miser ad se virum adventantem, celesti luce coruscum, pontificalibus insigniis perfulgentem. Qui tangens ei caput jubet sanum consurgere et Deo, sanatori suo, gratias agere. Quo abscedente, quasi de gravi somno evigilans, pauper menbra singula ad loca naturalia facili motu retorquet; recuperatoque officio omnium, ad suos sanus incolumisque revertit. Deinde totum se in ecclesia ecclesiasticisque disciplinis, primum attonsus in clericum, et postmodum in presbiterum ordinatus, in ipsius patris obsequium vitam finivit.

2) In paupere scabioso.

Excitata fama miraculi accurrunt multi, sua singuli incommoda ante sacras reliquias componentes. Inter quos vir quidam simplex, censu quidem paupere, sed fide ac bona voluntate dives advenit; cujus inaudita scabies totum corpus invaserat omniaque obsederat membra, adeo ut cutis mirabiliter obdurescens venarum meatus obcluderet, arterias circumquaque obstringeret, nihilque aliud nisi mortem patienti pararet. Accedens itaque miser ad corpus sancti, devotissimas orationes altari, fidei, domino, offerebat. Fiunt lacrymae, singultus prorumpunt, succutitur pectus, ipsa viscera contremiscunt. Non defuit tantae fidei tantaeque contritioni meritum sancti, non defuit pietas Christi: et sanctum suum glorificans, et miserum miseriter salvans. Quid multis morer? non cessat a precibus pauper Adelfridus — hoc ei nomen viro — donec paucis expletis diebus pristinae redditur sanitati.

3) In puella caeca.

Erat praeterea tum in populo puella quaedam, Deisuit nomen ei, quae tanto odore et dolore vexata est, ut vis morbi omnem ei videndi sensum adimeret, tenebrisque omnia occupantibus, etiam solis ei lumen absconderet. Dolor patienti, majoribus suis compatientibus meror. Sed quid ageret? Facta ejus de medicorum industria desperatio, quod solum spei superfuit, quaeritur Ninianus. Ad manus itaque tracta ante scientissimam glebam (!), dolens plorans que dimitti(ur). Quaerit intente, petit sollicite, pulsat importune; non exciderat pio Jesu quid in suo promiserit evangelio: Petite et accipietis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Itaque memoratae illi puellae apparuit gratia quam quaesivit. Aperta est janua precis ad quam pulsavit. Data est sanitas quam petivit. Sublatis enim tenebris lux amissa reperitur, dolor omnis abscedit; ita ut quae alio ducente ad sacrum venerat tumulum, proprii luminis ductu ad domum rediret, cum magna exultatione parentum.

4) In duobus leprosis.

furtiua fuga lapsus euasit a manibus regis Teucri. 2175) Rex autem Demofoy et rex Attamas peruenientes in eorum regna simili modo a regnis eorum sunt exulare coacti. Qui Carthacium veniunt, vbi dux Nestor hylariter recepit eosdem. Hij duo reges proposuerunt ibi in eorum regna se armata manu conferre et eorum regnicolas in potenti brachio debellare et omnes interficere fortuna fauente, illos specialiter crudelissime morti dare qui factionis ipsius fuerunt actores. 2189) Verum Nestor eorum consilia non commendat, immo persuadet illis vt nuncios eorum ad eorum regna transmittant in blandicijs et multarum promiſſionibus libertatum. 2194) Vnde factum est quod non post multos dies eorum regnicole reconciliacionis animum assumentes, predictos eorum reges in eorum regna gratis animis receperunt. 2197) Eneas vero, qui remanserat apud Troiam vt refici faceret naues suas, dum fuit ibidem, multos congressus passus est bellicosos ab adiacencium locorum incolis, qui Troianorum reliquias prede exponere nitebantur. 2205) Consuluit ergo eis Eneas quod, cum ipse ad eorum defensionem diucius cum eis esse non possit, vt mittant pro Diomede, viro tam strennuo, qui, cum exilium pateretur adhuc, ex eo quod recipi non potuit inter suos, ad regimen et subsidium eorum libenter accederet. 2212) Miserunt itaque Troiani pro Diomede. qui, auxilio vndecumque quo potuit conquisito, cum multa celeritate se contulit apud Troiam. 2217) Qui cum inuenisset Troianos quasi obsessos et adhuc Eneam ibidem: qui inter se gauisi sunt valde, ambo ad bellum se parant et, ordinatis Troianis aptis ad bellum, in armata manu ad prelium egrediuntur cum eisdem. Diebus igitur septem continuis est pugnatum; inter quos Diomedes multa commisit de sue strennuitate persone, multos interfecit ex aduersarijs Troianorum, multos cepit ex eis et, quoscunque per eum capi contingerit, faciebat statim furca

And all þat evir he tuke, but let
Gart hangit be one a gibbet.
The auchtane day fechtande richt fast
2230 He provit sa, quhill at þe last
Thai tornede þare bakis ande to go (!);
And he gane mony of þaime slo,
And all þat mycht be tone, Ilkanê
Gert þaime be hangit, in certanê.
2235 Than vþeris nychtbouris, þat gan duell
About þe towne or in castell,
Herand how þai ware vndonê
That þaime assegeit þan, þai alsonê
Sesit frome all wexacioune
Of þe troyens. þarfor þe townê 2240
Was in-to pece — gif It mycht be
Said pece ine suche aduersite. —
Eneas, quhene þis was donê,
His schippis redy maid but honê
And with þe troyens, þat left was, 2245
And with his fadere Anchises
Enterede in schippes but sudiornê,
To paß in exile but retornê
As þe gregeois hade ordanit It,
And to þe se gane hime commit, 2250
As vnknowene quhare fortoune wolde
That he and his suld resting holde[1]) . . . .

2231) l. and gan? 2235) l. vthire.

suspendi, tamquam fures pessimos et predones. 2229) Octauo vero die in multa bellandi astucia sic viriliter irruit contra eos quod ipsos vndique circumci(n)xit, sic quod manus eius effugere non valerent: quos omnes furca suspendi mandauit et eos more furum patibulis diuersis affixit. 2235) Reliqui autem vicini de adiacencijs villis et castris, audito de insultantibus in Troianos sic amara morte consumptis, perterriti nimium cessauerunt omnino vexare Troianos. Vnde quies est maxima parata Troianis, si quies in eorum tribulacionibus dici potest. 2243) Eneas vero, interim suis refectis nauibus, cum multis de reliquijs Troianorum et patre eius Anchise naues ipsas ascendit, profecturus in exilium sibi a Grecis indictum; propter quod cum nauibus ipsis alto pelago se committit et, cum prorsus ignoraret 2252) quo sibi sedem fata statuerint vbi suos posset locare penates[2]),

[multis maris exagitatus periculis multis locis adhesit. Sed voluntate deorum cum suis nauibus pontum intrat et tamdiu per peregrina maria nauigat quod peruenit Ytaliam et in Tusciam se recepit. De processionibus autem Enee particularibus, qualiter sibi successerit post recessum eius a Troia et qualiter sibi contigit postquam peregrinari desijt, ex quo venit in Tusciam, presens hystoria non describit; sed qui eorum volunt habere noticiam, legant Virgilium in Eneidos. Egea vero vxor Diomedis, postquam ad eius peruenit noticiam Diomedem receptum a Troianis et hostes suos sic violenter debellasse, timuit ne Diomedes forte viribus conquisitis in eam irrueret et suos et eam offenderet, tamquam lesus ab ea. Vnde, habito consilio cum Argiuis, statuit pro Diomede mittere, vt ad regnum suum secure debeat remeare. Qui, habito nuncio sue vxoris, gauisus est valde et festinus ad propria remeauit; vbi ab Egea, vxore sua, et omnibus Argiuis sinceris animis et cum maximo gaudio fuit receptus. Ceteri vero Grecorum qui reges eorum redeuntes a Troia recipere recusauerant, penitencia ducti humiliter querunt eos et ipsos regnorum suorum restituunt dignitati. Qui postquam ad regna peruenerunt, eorum vrbes et loca collapsa in eorum absencia sollicita mente reformant et in meliorem statum restaurare procurant.

De Horreste vindicante mortem patris in morte matris et recuperacione regni sui.

Horrestes igitur, Agamenonis filius, quem rex Ydumeneus susceperat nutriendum ob timorem Egisti, iam adoleuerat et viginti quatuor annorum iam erat maior effectus, cum rex Ydumeneus ipsum honore milicie decorauit in multa iocunditate festiua. Quo facto milite, Ydumeneum regem deuote rogauit Horrestes vt, cum etas eius et tempus appeterent circa regni sui recuperacionem et in vlcionem necis intenderet patris sui, vt de militibus regni sui sibi deberet subsidium exhibere. Qui libenter annuens mille milites valde strennuos sibi assignauit, vbi multorum suorum requisiuit et expectauit auxilium, sic quod breui tempore alios mille milites sibi quesiuit, et cum predictis duobus milibus militum ciuitatem Thoesem (l. Troecen) animosus intrauit. Erat autem huiusmodi ciuitatis dominus rex Forensis sic suo nomine nuncupatus, qui dum fuerat intimus Agamenonis et

1) Hier ist mitten im Text eine grosse Lücke, durch den Ausfall einer Reihe von Blättern in der Vorlage des Schreibers entstanden, die dieser nicht bemerkte.

2) Das Eingeklammerte ist im Ms. ausgefallen.

. . . .

. . . .

---

multum odiosus Egisto. Causa vero ipsius odij, propter quam rex Forensis contra Egistum capitales inimicias confouebat, precipue fuit illa: Nam, cum idem rex Forensis de quadam filia sua cum eodem Egisto matrimonium contraxisset, dictus Egistus ob amorem Clitemestre a filia regis Forensis diuerterat, libello repudij sibi misso. Propter quod gratanti animo se obtulit et rogauit Horrestem quod in sua comitiua contra Egistum ipsum admitteret, qui in seruicijs Horrestis et destructionem Egisti venire cum trecentis militibus intendebat; de quo Horrestes satis regraciatus est illi. Tempus erat quo jam sol tauri signum intrauerat; tunc cum prata virerent et vernarent flores in arboribus redolentes, ruberent rose in viridibus rubris earum, et in dulcibus cantibus philomene dulci modulamine citarisant; tunc cum esset mensis ille maius qui horum (!) ductor est omnium et blandus alumpnus ipsorum: tunc Horrestes cum rege Forense et eorum exercitu a ciuitate Troiezem ambo feliciter discedentes, Metenas accelerant et, cum eos nollent recipere Metenenses, Horrestis exercitus ciuitatem ipsam dura obsidione conclusit. Receperat enim Horrestes responsum a dijs vt contra Egistum secure procederet, nam sibi contra eum est concessa victoria, et acceptum est dijs quod de matre sua ipse-idem affumat suis manibus vlcionem. Quamuis enim Clitemestra in ciuitate ipsa esset inclusa, Egistus tamen non erat in ea. Iuerat enim Egistus pro ciuitatis succursu milites coadunare pugnantes, cum quibus ciuitatem ipsam se sperabat pro certo tueri. Sed Horrestes, agnita veritate per quam viam redire posset Egistus in comitiua sua, ordinatis suis exploratoribus circumquaque per passus viarum per quos Egistes redire poterat, multos milites constipari decreuit, qui Egistum possent intercipere redeuntem. Ipse vero qualibet die ciuitatem ipsam continuis vexabat insultibus, que a suis ciuibus poterat male defendi, cum non fuisset ciuitas ipsa contra insilientes in eam ante tempus pro sua defensione munita. Quare factum est quod ciues eius sustinere non valentes nocturnos stimulos et diurnos, quintodecimo die obsidionis ipsorum cessauerunt omnino bellare, et ciuitas ab Horrestis exercitu capta est. Intrauit igitur Horrestes ciuitatem in multa militum comitiua et ordinatis militibus in portarum custodia, ne quis ingredi vel egredi forte possent ab eis, ad regium quondam sui patris palacium properat, vbi Clitemestram suam matrem inuenit: quam statim capi mandauit et fida custodia detineri. Sic et omnes qui patris sui regis Agamenonis conspirauerunt in mortem et qui contra rebellionem eius fuerunt principes factionum. Eodem eciam die, dum Egistus celeraret ad ciuitatis succursum cum quibusdam suis militibus, incidit in manus militum Herrestis Egistum expectancium redeuntem. Qui irruentes in eum et eius socios, bello commisso, ceperunt Egistum, omnibus suis militibus interfectis, et Egistum ad Horrestem adducunt, manibus eius post terga ligatis. Sequenti vero die Horrestes mandauit Clitemestram matrem suam ligatis manibus nudam adduci: contra quam Horrestes nudato ense illico irruit et vbera eius ab eius pectore proprijs manibus extirpauit et in multis ictibus ensium interfecit eandem. Quam interfectam et nudam extra ciuitatem per terram trahi mandauit et canibus et volucribus eam statuit deuorandam; propter quod tam diu insepulta remansit donec canes et volucres totum corpus eius exceptis offibus consumpserunt. Egistum vero nudum per totam ciuitatem tractum furca suspendi mandauit. Sic et omnes alios quos ceperat, tractos per ciuitatem et furca suspensos necari decreuit. Quod-vltra ex omnibus impijs infidelibus et peruersis per Horrestem Mecenarum ciuitate purgata, vere dici potuit Agamenonis mortem per tantorum mortem vltam plene fuisse, necnon et de Clitemestra propter obprobrium a se turpiter viro factum necnon et illatam iniuriam per eam nato suo, in multis in quibus Clitemestra peccauit. Fuit enim homicidij rea, que talem et tantum regem, qualis fuit inclitus Agamenon, sub eius securitate cubantem fecit occidi, virum et filium turpis adulterij affecit iniuria et seipsam, naturam et morem mulierum nobilium non obseruans. Quare iustum fuit vt de tot malis incurreret multa mala, per eum precipue quem in nota dedecoris tot malis affecit. — Interea Menelaus, quia in multis periculis maris euasit, cum Helena vxore sua Cretam applicuit; ibi de morte Agamenonis fratris sui et vindicta per Horrestem assumpta rumore audiuit. Contra Horrestem igitur Menelaus grauem concepit animum de tam dira vindicta quam exercuit contra matrem. Et ibi tam maiores quam vulgus pro maiori parte ciuitatis ipsius venerunt vt viderent Helenam, pro qua Greci tot mala sunt passi. Demum vero, ventis secundis afflantibus, Menelaus cum Helena recessit a Creta et felici nauigacione potitus in portum applicat Methenarum: vbi odiosum animum demonstrauit Horresti, dicens eum in regno patris non debere succedere, ex eo quia in matrem tam diram exercuit vlcionem, que magis impietas dici potuit quam vindicta. Quare factum est quod, congregatis omnibus Grecorum regibus in Athenis, maiori parti eorum communiter videbatur Horrestem, Agamenonis filium, regno patris indignum, qui contra matrem tanta fuit impietate crudelis,

»Thai leif all vþire besynes;
So þam emplesit þat swetneß
That of þaime-self þai haf na thocht, 2255
Of mete and drink rekande richt nocht,

---

et ideo exilio magis dignum; in defensionem suam allegante tunc Horreste quod, quitquid de matre fecerat, exercuerat de voluntate et iussu deorum. Dux autem Athenarum pro Horreste se obtulit contra quemlibet probaturum quod Horrestes regni Methenarum domin(i)o dignus erat et quitquid de matre fecerat, deorum peregerat voluntate. Contra quem dum nullus fuisset qui predicto bello se vellet offerre, predicti reges solempni communicato consilio absoluerunt predictum Horrestem ab omni querela, ipsum de regno patris solempniter coronantes. Qui licenciatus ab eis, cum Athenarum duce, qui affectione purissima associauit eundem, Methenas applicuit, vbi cum maximo gaudio fuit receptus. Horrestes igitur in patris solio sedit, diademate coronatus, egrum gerens animum contra suum patruum Menelaum. Sed recedente duce Athenarum ab Horreste, rex Ydumeneus et rex Crete apud Metenas se conferentes inter Menelaum et Horrestem concordiam tractauerunt et pacem sic, quod Horrestes Hermoniam, regis filiam Menelai et Helene, duxit in vxorem, videlicem consobrinam, festiuitate nupciarum inter eos solempniter celebrata. Erigona vero, filia Clitemestre et Egisti turpi coitu suscepta, ex quo nouit Horrestem, vterinum fratrem suum, in regni solio confirmatum, nimium dolore commota laqueo se suspendit. — Non post multos vero dies Vlixes cum duabus nauibus negociatorum, quas precio conduxerat, Cretam venit. Suas enim naues amiserat, et quitquid habuerat, ablatum sibi extitit ab incursibus pirritharum, et eo pocius quia in manus gentis Thelamonij Aiacis incidit, que cepit eum et quecumque penes ipsum inuenit, abstulit et ipsum furca suspendere intendebat. Sed Vlixes industria sensus sui euasit a laqueo gentis ipsius, pauper tamen et egenus et penes se nichil habens. Licet enim sic euasisset a manibus gentis Aiacis, dum securus eripi ab infortunijs credidisset, incidit subsequenter in manibus regis Nauli, qui propter Palamidis filij sui mortem capitali odio persequebatur Vlixem. Vlixis igitur sagacitas magna fuit: per quam a manibus regis Nauli de persona saluus euasit. Quo vero ingenio vel quo sagacitatis tenui argumento a captura gentis Aiacis et manibus regis Nauli Vlixes euaserit, presens hystoria non declarat, nisi quod Vlixes ex predictis causis ad Ydumeneum regem pauper et inops accessit. Rex autem Ydumeneus de tanta Vlixis paupertate miratus, nichilominus hylariter eum suscepit, et casus suos et sue infelicitatis accidencias explorat ab ipso et petit ea sibi seriatim et particulariter enarrari. Quod Vlixes gratanter admittens, vt regis peticionem impleret, suorum casuum facta reuoluens, in sui narracione sermonis ea per ordinem explicauit: de quibus sic dixit. Verum est, domine rex, quod post capcionem Troie, cuius capcionis ego pars infallibiliter magna fui, cum nauibus meis, multis onustis diuicijs de opibus Troianorum, in multa auri et argenti copia et multorum meorum michi famulancium comitiua pelago me commisi et, me per plures dies prospere nauigante, in quendam portum, qui Mirna communiter nuncupatur, primo saluus applicui, ubi cum meis pro recreacione descendi et ibi tutus per dies aliquos moram traxi, cum ibi nullus michi et meis molestiam intulisset. Deinde a predicto portu discessi et, aura michi blandiente secunda, in portum, qui dicitur Caloſtofages, salue parueni: vbi similiter cum meis per dies aliquos sum moratus. Cumque fallaces venti michi tempus prosperum suaderent, a predicto portu discessi et fere per tres dies proxime subsequentes feliciter nauigaui. Tunc subito tempestas ventorum inualuit, et aer de sereno repente factus obscurus incerta nauigacione nunc huc, nunc illuc sub nimia tempestatis clade vexauit. Demum tempestas ipsa me compulit in Siciliam diuertere, nimis inuitum, vbi vexaciones passus sum plurimas et labores. Erant enim in Sicilia duo reges fratres, quorum vnus vocabatur Strigones et alius Ciclopas. Hij duo reges irruerunt in me et meos, videntes naues meas diuicijs tantis plenas, exposuerunt per violencias eas prede et quitquid inuenerunt in eis, asportauerunt ab eis in eorum multitudine militum armatorum, et eo deterius quod superuenerunt duo eorum filij milites valde strennui et nimium bellicosi, quorum vnus vocabatur Alifam et alius Poliphenius. Hij irruerunt in milites meos: qui centum interfecerunt ex iis, ceperunt me et Alphenorem vnum ex socijs meis, et me et eum in quodam castro in carſerem truserunt. Hic Poliphenius habebat quandam sororem, virginem speciosam: quam postquam vidit Alphenor, in concupiscenciam eius exarsit et, eius illaqueatus amore, factus est valde amens. Per sex igitur menses me captiuum in Sicilia detinuit Poliphenius; sed demum misertus est mei, et me cum Alphenore liberauit. Qui Poliphenius postea michi multum commodi contulit et honoris. Sed Alphenor circa sui amoris vehemenciam in tantum operam suam dedit quod sororem Poliphenij, quam diligebat, noctis tempore a secretario patris eripuit et ipsam secum adduxit. Quod vt peruenit ad suorum noticiam, sui contristati sunt valde; propter quod idem Poliphenius iterum in me et meos eadem nocte ad arma prorupit cum maxima militum comitiua; et, facto impetu contra meos, sui recuperauerunt Poliphenij sororem. Qui Po-

Bot throw þare swete songe fallis one slepe.
The mermadynnis thane takine (!) kepe,
Seis þaime slepand, þane cummis roth
2260 And drownes þame and þare schippes bath.
Amange þire mermadynnis come we.
And I, dredand my mene suld be
Merrit with þare sle fantasye,
Gart þame þare eris stop In hy
With my craft: so þai herd þaime nocht; 2265
With hole cast syne vpone þaime soucht
And a thousand of þaime cane slo;
And so þat parrell we passit fro.
Thus passede we and tho parrellis left.
Vnhappely þan we fell eft 2270
In-to Carybdis In-to schort quhile,

---

liphenius in me demum irruit; et, dum ab eo insisterem me tueri, vnum sibi ex oculis eius euulsi, et cum socijs meis, qui viui supererant, in naues proprias me recepi, et cum eis a Sicilia eadem nocte discessi. Deinde recta nauigacione potitus, in Eolidem insulam me ventus applicuit, quamuis inuitum. In hac igitur insula erant due puelle sorores nimium speciose, ipsius insule domine, que in arte nigromancie et exorȝisacionibus docte nimium habebantur. Quoscumque igitur nauigantes in hanc insulam fortune trahebant, predicte due sorores non tantum earum pulchritudine quantum earum magicis incantacionibus sic tenaciter capiebant quod nulla spes erat intrantibus ab insula posse recedere, omnium aliarum curarum oblitis, adeo quod, siquem eorum inueniebant, ad eorum mandata rebelles statim eos in bestias transformabant. Harum igitur vna, illa videlicet que magis in hac sciencia docta erat, Circes suo nomine vocabatur, et alia nomine suo Calipha. In potestatem igitur harum duarum me fortuna deduxit: quarum vna, videlicet Circes, meo quasi amore bachata suas immiscuit pociones et suarum incantacionum infidijs sic fatue me allexit, quod per annum integrum non fuit michi ab ea recedendi facultas — infra quem annum Circes grauida facta est et concepit ex me filium, et post ea natus ex ea creuit et factus est vir nimium bellicosus. Ego autem circa propositum mei recessus curam adhibui. Sed Circes irata persistens suis magicis artibus me credidit detinere. Sed ego, qui in arte illa valde similiter eram instructus, contrarijs operacionibus omnia sua figmenta destruxi et penitus annullaui. Et quod si ars deluditur arte, contrarijs commentis et artibus in tantum preualuerunt efficacius artes mee, quod cum omnibus socijs meis, qui tunc mecum erant, a Circe nimium anxiosa recessi. Sed quid michi profuit ille recessus? Nam, committente me mari, ventus me appulit in terram regine Caliphe, que suis artibus sic me illaqueauit et meos, quod maiori tempore quam voluerim me detinuit penes se; mora tamen ipsa michi non fuit nimium tediosa, propter ipsius regine pulchritudinem in qua miro modo vigebat, et propter affectus placidos quos penes ipsam inueni, que placere michi et meis nimium est conata. Tandem per mei sensus industriam factum est quod ab ipsa saluus recessi, in maxima tamen mei plena laboris, cum artes suas artes mee vix repellere potuissent. Deinde nauigando cum meis perueni ad quandam aliam insulam, in qua quoddam sacrum oraculum habebatur, quod diuine concessione potencie certa et vera responsa petentibus exhibebat. Ab oraculo multa pecij curiosus, inter que affectuose ab eo quesiui: quidnam de nostris animabus postquam a nostris corporibus sunt egresse, contingeret. De omnibus igitur tunc per me quesitis ab eo certum responsum obtinui, preterquam de animarum articulo, de quo ab ea nullum responſum certum potui obtinere. Cum igitur ab ipso oraculo discessissem, aura vt credidi perflante secunda, ventus me compulit pertransire per quendam locum periculis multis plenum. Perueni enim illud in mare in quo Syrene, que sunt maxima monstra marina, pelago spaciantur. Sunt enim ab vmbilico superius forme feminee, virgineum vultum habentes, ab vmbilico vero citra omnem formam piscis obseruant. Hee autem mirabiles voces mirabili sonitu resoluunt in cantu in tam dulci modulamine cantilene quod celestem putares excedere in sonis musicis armoniam; adeo quod miseri nauigantes, cum ad eas perueniunt, tanta earum cantus dulcedine capiuntur quod eorum nauium vela deponunt, remos reponunt, in altum nauigacione penitus abstinentes.

Sic enim animos miserorum ille cantus inebriat] V. 2253) quod miseri audientes omnium aliarum curarum grauaminibus exuuntur, et in tantum ipsarum dulcedo demulcet auditus quod, sui ipsorum prorsus obliti, nec esum appetunt neque cibum, dum eorum animis quidam sopor illabitur, per quem efficiuntur penitus dormientes. 2258) Quos dum Sirene dormire persenciunt, naues gubernatorum regimine destitutas statim euertunt, naufragio subruunt, sic, quod nauigantes in eis dormiendo infelici naufragio submerguntur. 2261) In has igitur Sirenes incidi, et, ne socij mei mecum inuoluerentur simili soporis errore, meis artibus et mei et eorum auditum sic tenaciter obscuraui quod de earum cantu ego et socii mei nichil penitus audientes, ipsas penitus debellauimus et plusquam mille ex eis interfecimus, sic, quod salui earum loca transiuimus, ab earum periculis liberati. 2270) Deinde nauigando infelix casus inter

And wele mor*e* of þai*me* fyftene myle....
That swelt half of my schippis has
Suellede and*e* all þat in þai*me* was.
2275 And with þe toþ*ir* half away
I gat, bot I gat a fell fray,
And to Phynit come saland þan*e*.
Quhar*e* I fande wikkit tyrand-men*e*,
That ruschit on*e* my folk & me
2280 And slew most p*art* of my menȝe
And left bot fewe of þai*me* on*e* lyve,
Syne spulȝeit has my schippis belyve,
And me and þe quheyne folk þat war*e*
Liffand, tuke and in presoun*e* þar*e* (!).
2285 Bot, throw will of þe godd*is*, synê
Thai deliu*er*ede out me and mynê;
Bot þai restorit no*ch*t of o*ur* gud.
Frome thyne in poverte furth we ȝud*e*,
Quhill þat we come to þis *cu*ntre,
2290 Richt misterfull, as ȝe may se.
Now haf I tald*e* ȝw myne anoye
That I had, sen*e* I com*e* fro Troy,
And all þe awentur*is* I had*e*.«
And*e* so end*e* of his speche he maid*e*.
2295 The king Ydoneus, þat herd*e*
Vlixes tane how þat he ferd*e*,
Has in his hart of hi*me* pite;
Tharfor*e* oucht þ*at* my*ch*t plesand be
To him in þe kynryke of Crete
He gart him*e* haue w*ith* honou*r* grete. 2300
That, quhen*e* It lyked*e* Vlixes
To paß fromê Crete, þe king but leß
Gart gif him*e* two schippes in hy,
And gold*e* and siluer*e* richt plentuously,
To suffice him*e* in his wayag*e*: 2305
And*e* prayed*e* him*e* at his passage
To þe king Anthenor to wend*e*,
That ȝarned*e* him to se as frend*e*.
With leif to his schippes þarfor*e*
He passed*e*, and come to Anthenor*e*: 2310
That him*e* resauit w*ith* blyth cheir*e*
And honored*e* him vpon*e* gret maner*e*.
Vlixes hard*e* þ*ar* tell belyve
How þat Penolope, his wyf,
With gret men was assayed*e* in deid*e* 2315
And kepit ay hir*e* womanheid*e*;
And also he was certefyed*e*
That folk his kynryk occupyed*e*
Incontrar*e* of his wyff*is* will.
And þare come alswa þar him till 2320
Thelamocus, his son*e* þat was,
That tolde þe c*er*tane suthfastneß.
Vlixes, þat þis thing herd*e* told*e*,

Nach 2271 fehlt ein Verspaar. 2273) l. swelth. 2284) l. presonit? 2296) l. tale? 2301) That st. than. 2313) Ms. þ*at* st. þ*ar*.

Sillam nos appulit et Caribdim, et, cum ad XV stadia eorum ingluuiosa pericula protendantur, ibi ab ipsa maris ingluuie plusquam medietas mearum nauium fuit absorta; propter quod socij mei nauigantes in eis pre ingluuie ipsius maris naufragio perierunt. 2275) Ego autem cum alia medietate nauium mearum ab ipsius ingluuie maris auulsus, Pheniciam nauigando perueni, vbi inueni mirabilis gentis tyrannidem, que in me et meos irruens maiorem partem gladio interemit, paucis relictis ex eis, et bona omnia que tunc meçum habebam in nauibus, abstulerunt a me homines gentis ipsius, et ceperunt me et qui superfuerunt ex meis mecum duris carferibus incluferunt. 2285) Tandem, volentibus dijs, liberauerunt me et illos quos mecum incluserant, nichil michi de rebus meis restitutis ab eis: quare in summa paupertate deductus circuiui meridiem et demum in terram istam applicui, factus pauper et egenus, vt vides. 2290) Ecce narraui tibi omnes casus meos postquam a Troia recessi, et in paupertatem qualiter sum deductus. Et sic Vlixes suis narracionibus finem fecit. — 2295) Rex vero Ydumeneus, auditis verbis Vlixis, r(ati)one sue nobilitatis et eius industrie valde compassus est sibi, et idèo, quantum placuit Vlixi in Creta morari, in multarum rerum habundancia rex honorauit eundem. 2300) Demum, cum Vlixi placuit a Creta recedere, rex donauit Vlixi duas naues, necessarijs omnibus bene munitas, cum quibus posset in regnum suum commode nauigare; donauit eciam ei dona plurima argenti et auri, que sibi possent habunde sufficere, dum ad propria perueniret. In recessu tamen suo rogauit eundem vt ad regem Anthenorem se conferret, qui eum videre plurimum affectabat. 2309) Vlixes igitur, a rege Ydumeneo obtenta recedendi licencia, naues ascendit et ad regem Anthenorem se contulit: qui eum in vultu hylari cum multa iocunditate recepit; cui multum grata fuit Vlixis multa facundia et nimia industria sensus eius. 2313) Ibi autem Vlixes certos rumores didicit de vxore sua Penolope tot infestata proceribus, et eius pudicicia ab ea illesa seruata, necnon et de quibusdam alijs qui inuaserant terram suam et eam temere detinebant contra voluntatem vxoris. 2320) Ibi Thelamocus, filius eius, cognito patris aduentu, accessit ad eum: qui omnes rumores quos pater

Prayed king Anthenor he wolde
2325 With him In-to his cuntre ga.
And Anthenor said blythlie ȝha,
And, with his knychtis, with hime ȝeide
To schip. and so þai gan proceide,
That Vlixes with subtilte
2330 Come vpone nycht to his cite.
And at þe traytouris he begynnis
And enteris first in-to þare Innes,
And fande þaime fast slepand Ilkonê,
And slewe þaime all — eschapit nonê.
2335 Syne, quhene þe day was dawyne licht,
In his palace he enterit richt
With þe kinge Anthenor: quhare he
Was resauit as kyng sulde be.
O, how blyth was Penolope
2340 That longe desyred sicht to se!
O, how in haist þe citeȝanis
Come for to se þare kynge attanes,
Brynging so mony giftis ryke!
And hime agane to his kynryke
2345 Thai gane richt hartfully restore.
Thane tretit he with Anthenore
That Thelamocus, his sone, cane ta
To wyf his douchter Nausica;
And maid a ryall brydale sonê.
2350 Kynge Anthenor, quhene þis was donê,
Passed home agane, & Vlixes
Bode in his lande with rest & pece. —

(Buch XXXIII.)

The thre and thretty buke alß fast
How þat Pirrus frome þe feist past (!);
And also how Vlixes was 2355
With his awnê sonê slane vpone case. —
Of Pirrus, sone to Achilles,
Syne þat frome Troy he cummyne wes,
The story ȝit maid no memore;
Bot now we dreß our graith þarfore. — 2360
Vpone his faderis syde Pirrus
Has his grant-ßir Peleus:
This *Peleus* Achilles gat
One his wyf, Tytides þat hate,
And Achilles Pirrus alswa 2365
Gat one his wyf Dyamira,
Douchtir to kinge Lycomeid;
So has he two grantßiris in deid:
Peleus one his faderis syde,
And one his moderis Licomede. 2370
Kyng Licomeide to Acastrus
Was sone, forfadere to Pirrus.
This Acastrus was ȝit liffand,
For he for old scantlie mycht stande.
He hatit þis Pirrus dedly, 2375

2347) Ms. than st. that. 2348) Ms. Nausita. 2353—4) verderbt. 2360) graith stilus, wie 2821. 2363) Ms. Pirrus st. Peleus. 2374) For st. Though. l. eld. Ms. stantlie.

---

didicerat, certa sibi affercione firmauit. 2323) Quare Vlixes regem rogauit Anthenorem vt eum in regnum suum associare deberet in suorum militum comitiua. Quod Anthenor libenter annue(n)s cum suis militibus associauit eundem; et eis felici nauigacione potitis, in tantum procurauit Vlixes quod de nocte in suam applicuit ciuitatem. Et repente depositis in terram militibus, de nocte suorum proditorum domos inuadit: vbi ipsos inueniens dormientes omnes interfecit, ita quod nullus euasit ex eis. 2335) Adueniente vero die in sui fulgoris lucida claritate, in suum palacium cum rege Anthenore se recepit, et ibi cum rege ipso in multa iocunditate receptus est. 2339) O quantum facta hylaris Penelope in aspectu sui domini, quem tanto videre tempore anxia peroptauit! Concurrunt igitur ciues, regem eorum tantis temporibus expectatum cum multo gaudio videre festinantes; multa dona sibi offerunt et encenia magna nimis. Et exaltatus est Vlixes multum in regno suo; et in tantum cum rege tractauit Anthenore quod Thelamocus Nausicam, filiam regis Anthenoris, duxit in vxorem. Celebrantur igitur nupcie Thelamoci, in multorum solempnitatibus gaudiorum. Et rex Anthenor suum feliciter remeauit in regnum; et Vlixes in inclito statu regni sui demum sub nimia pacis tranquillitate quieuit. —

De mirabili euentu Pirri et de morte eius.

2353) Quia vero vsque nunc de Pirro, Achillis filio, postquam a Troia recessit, nichil dixit presens hystoria: nunc ad narrandum eius aduentus dirigitur stilus iste. 2361) Pirrus enim ex parte patris sui habuit regem Peleum auum suum, cum ex predicto Peleo et Tetide, eius vxore, fuisset susceptus et natus Achilles, pater ipsius Pirri, quem Achilles suscepit ex Diadamia, regis filia Lycomedis; et sic habuerat Pirrus duos auos, regem Peleum ex parte patris, et regem Lycomedem ex parte nobilis matris sue. 2371) Qui rex Lycomedes filius regis Acasti fuit, proaui

And all his faderis kyne holy,
And fcaithit þaime all þat he mocht —
Cauß quhy, þe story tellis nocht.
Bot It rehersit þus but leß:
2380 Acastrus, þat forfadere wes
To Pirrus, his graunfchire put out,
Peleus, out of his land but dout
Of Thesaly, and schope also
With hid quentyß Pirrus to slo.
2385 Pirrus, þat frome þe sege was cummyne,
Be se homwarde þe way has nummyne,
Quhare he In-to gret parrell gane fall
And of his gud þe most part all
He kest out *with* his awne hande,
2390 To saif his folk þ*at* ware passande.
Thus with his schippes dryvande þane,
He aryvede ine Melapsane,
And gart supple his schippis thare
That *with* þe tempest schakene war.
2395 Thare tolde þai him how Acastrus,
His (for)fader, put out Peleus,
His granfchire, out of Thesaly,
His kynryk, & how besely
He kest engyne Pirrus to slo.
2400 Pirrus was of þ*at* thing richt wo,
And mor of his grantschire *in* deid
Nor of hime self, — for Lycomeid,
His grantßir of his moderis lynê
And sone to kyng Acastrus synê,
Hade noryfede hime in his barnage 2405
And brocht hime wp of tender age. —
This kinge Acastrus prevaly
Has put Peleus so queyntly
Frome his cuntre, þ*at* one no syde
Ine-to a part he durst abyde 2410
For hime and his sonnes also —
For Acastrus has sonnes two:
The tone was callede Philistynes,
And þe toþir Mynellopes;
And one douchter he hath þarto, 2415
And Tetides to nome has scho —
Peleus durst no*ch*t in apert
Abyde, bot helde hime *in* covert,
Quhill-tymê þat Pirrus sulde come home,
That, he tho*ch*t, sulde revenge his schomê; — 2420
And he was richt sikker þ*at* he
Frome Troye suld cume home fro þe se.
Now frome þe cite bot VIII myle
Of Thesaly a wod was quhyle,
And in It one olde manfioune, 2425
That þane for eld was fallyne dovne.
The kingis of Thesaly ware wount
In-to þat forrest for to hount,
And to herbery In þat manere —
For þare was gret plente of deire; 2430
Bot þat place þane was falȝeit all,
So þat men my*ch*t no*ch*t kene no wall.

2396) Ms. fader.

dicti Pirri, adhuc viuentis, licet esset in senio constitutus. 2375) Hic Acastus habebat odio Pirrum et omnes de genere patris eius — causam autem eius odii presens hystoria non describit. 2380) Rex igitur Acastus, Pirri proauus, expulit regem Peleum, auum Pirri, de regno Thesalie, sic, quod ipsum Acastus exulare coegit, et pro interficiendo Pirro suas posuerat insidias, ne euaderet manus eius. 2385) Pirrus vero, postquam a Troia recessit et maris se subiecit insidijs, multa maris pericula passus est, maiorem partem rerum quas secum detulerat proiecit in mari, et quasi eius nauibus conquassatis, Molosam applicuit, vbi naues suas temporis tempestacione quassatas necessaria fecit refectione fulciri. 2395) Ibi eciam didicit qualiter rex Acastus, proauus eius, regem Peleum, auum suum, a Thesalie regno deiecerat, et qualiter contra Pirrum fuerat insidias machinatus. 2400) Doluit igitur Pirrus de tam enormi dispendio aui sui, sed pocius de se ipso (!), cum predictus rex Lycomedes, auus maternus ipsius Pirri, regis Acasti filius, ipsum a suis annis teneris educasset. 2407) Interea rex Peleus per regem Acastum a regno deiectus, qui timore regis Acasti et filiorum suorum — cum rex Acastus haberet duos filios alios et vnam filiam nomine Thetidem — quorum filiorum vnus vocabatur Pilistines et alius Menalipes — securus in publicum non poterat apparere, prouidit vbi posset melius delitere, donec Pirrus, nepos eius, rediret a Troia, qui opem suo discrimini ferre posset. Sciebat enim eum per mare a Troia cum suis nauibus rediturum. 2423) Erat enim non longe a ciuitate Thesalie per octo fere stadia quoddam antiquum edificium iuxta mare, inter ciuitatem ipsam et edificium ipsum quibusdam nemoribus interiectis, ad que sepius venandi causa reges Thesalie venire solebant, cum in eis venatorie fere plurimum habundarent. 2431) Hoc autem antiquum edificium pro temporis vetustate erat penitus derelictum, cum situs eius esset in solitudine constitutus et nulla ex eo appareret fabrica supra terram. 2433) Erant enim in eo

Bot It had vnder erd but weire
Standande woltis & cavis seire,
2435 With thornes all our-growine without;
And has bot one small hole but dout
In-to þat thorne-rone, richt fecre,
Quhare þare was wounder strate entre;
Bot fra a mane had entred ones,
2440 It was a faire rowme, wasty wones.
And þis place nere þe se gane stande.
In It Peleus was lurkande,
And quhylis walde cume out prevely
To þe se-syd and encrely
2445 Behold, gif he Pirrus mycht se
Cume with his schippes home by se.—
Pirrus, þat was in Menelapfa,
Gart graith his schippes for to ga
In Thesaly for rewengeaunce
2450 Of his grantßir disturbaunce,
Peleus, vpone Acastrus,
That frome his kynryk kest hime þus,
And for to kepe hime-selfine to.
Tharfor, þe more wyslie to do,
2455 He gart two fecre spyes come,
Crissypus and one Adastrume,
And to Thesaly þaime sende
To Assandrus, þat he wele kende
Was to him stedfast & secre
2460 And was one burges Ine Thesalie,
To speire how all thingis stud þare.
And þai helde one þar way but maire
And to Assandrus come; & he
Told þaime alhole þe certente.
And þai agane come to Pirrus 2465
And tolde as þaime tolde Assandrus.
Than Pirrus to his schippes ȝeid,
In Thesalie to paß but dreid.
And one þe se a fell tempest
Hime tuke, þat thre dayes gane lest. 2470
Bot throw þe goddes favorande,
The wynd in tempest ȝit blowande,
In-to one port he drevyne was
That þai callit Sepelias.
This port was frome þe towne standande 2475
Of Thesaly aucht myle nere-hande,
And to þe olde place was richt neire
Quhare þat Peleus was but weire.
Pirrus, all wery for trawale,
Come to þe londe, and syne but fale 2480
Walked one fut wp frome þe port,
In þat forest hime to disport,
And throw ane ferlyfull fortoune
Happinnit to þat Ilk hole but hone
To cume, of þat olde mansioune 2485
That we eire of maid mencioune.
Bot so þe hole oure-coverit was
With thornes, breres and with gras,
That he of It had no-kyne wit
And sodanly fell ine-to It, 2490

2437) rone brushwood. 2453) to st. þarto, wie 2739.

---

multe lacumie sub terra recondite, in quibus poterat quis secure latere, cum foramen discensus eius esset incognitum, multis spinetis siluestribus et rubris agrestribus circumclusum; sed ab ipso foramine facilis erat ad inferiora descensus, per gradus scilicet constructos in ipso, quamuis in summitate foraminis esset quedam latens fouea per spinetum, in medio cuius os foraminis habebatur. 2442) In hoc igitur edificio Peleus latere disposuit. Qui dum lateret in ipso, sepius egrediebatur ab eo et perueniens ad litus maris equora suo meciebatur intuitu, si forte Pirrum videre posset cum suis nauibus redeuntem. 2447) Pirrus vero, suis refectis nauibus in Molofa, nauigare versus Thesaliam prorsus intendit, vindicaturus, si poterat, contra regem Acastum, maternum proauum suum, deiectionem Pelei, aui sui paterni, et vt valeat seipsum ab ipso tueri, si posset eum in offensionis obstaculo preuenire. Vt igitur caucius faciat que intendit, duos secretarios suos, Crisippum videlicet et Ardastrum, sagaces exploratores, apud Thesaliam mittere procurauit ad Affandrum ciuem Thesalie, dudum Pelei et ipsius Pirri fidelem, vt per eum posset de omnibus informari. 2462) Quibus venientibus apud Thesaliam per Affandrum omnibus diligenter edoctis, ad Pirrum celeriter redeuntes sibi fideliter referunt singula que viderunt et que didicerunt ab Assandro penitus referente. 2467) Pirrus igitur statim suas naues ascendit, in Thesaliam profecturus. Sed dum putaret filiciter nauigare, marina tempestas in naues suas irruit, que fere triduo perdurauit. 2471) Demum, dijs fauentibus, factum est quod cum nauibus ipsis, adhuc ventorum rabie non sedata, in quendam portum applicuit, vocatum Sepiliasdim. Hic autem portus distabat a ciuitate Thesalie fere per octo stadia et erat vicinus illi antiquo edificio in quo rex Peleus delitebat. 2479) Pirrus itaque maris fatigacione lassatus descendit in terram et, dum ire (per)

And fell dovnê tene steppis but frist,
Or euir he mycht tak arrest.
Thane gat he wp and saw a grece,
And walked one Inwart a pece,
2495 To se quhat thing þar-ine be may:
And come quhare þat Peleus lay.
. . . .
And lukede: and he beheld Pirrus
And knew richtwele Pirrus he was
2500 And was full lyke to Achilles.
And fro he kend him be his feris,
He kest him fone with grety teris,
And tolde him his disseiß & caire, —
The quhilk Pirrus regratit þare.
2505 Than come þai wp togiddir boith
And downe to þe schippes come roith.
Thare gat Pirrus certane wittering:
Twa sonnes of Acastrus kynge,
Menalippus and Pelestenes,
2510 To hount in-to þat forest but les.
Thane, quhene Pirrus herd þis tything,
He put hime sone of his awne clething
And clede hime In-to semple weid,
And fyne furth to þe forest ȝeid
2515 Bot with ane swerde all him-allonê,
And left his mene still euerilkonê.
Ande sone he met twa as he was
That sperit at him quhat he was
And quhyne he come and quhare he went.
And he answerd Incontynent 2520
And said: he was of Grece but le,
And frome þe sege of Troy be se
He come with vþir ine company;
»Bot sic a tempest sodanly
Ourtuke ws and so sore gane smyte, 2525
That five hundreth ware drowned quyte
Of my fallowis þat ware with me;
And I allone with þe wod se
As deid was cassyne to þe lande,
Boldnede with salt wattere lyande. 2530
Bot þe watter throw goddis will
I devoded; syne come me till
Sic fpreitis, þat I couth recovire.
Bot all my gudis, ȝe assovire,
Was tynt, & I left seike & pure. 2535
Tharfor biggand frome dure to dure
I paß, quhill in my land I comê.
Quharfor I pray ȝw, gif me fomê
Of ȝour mete, gif ȝe ony haif,
That I þarewith my lyve may saif, 2540

2501) feris demeanour, wie 3003. 2502) kest st. kissit. 2512) tilge hime. 2519) Ms. quhare st. quhyne. 2521) Ms. Crete. 2530) l. bolned.

---

pedes ad vicina nemora properaret, mirabilis fortune casus ad predictam foraminis foueam edificij supradicti ipsum adduxit; quam preuidere non valens propter herbarum adiacencium velamenta, in eam irruit et ad superiorem et primum gradum de gradibus ipsis per quos descendebatur (!) inferius fixit pedes et, dum inspiceret gradus ipsos, videre quid sit inferius diligenter affectat. 2497) Dum igitur ad loci ipsius yma peruenit, ecce a suis lacumeis rex Peleus prosilijt, nepotem agnouit, in cuius visione videre putat Achillem — tanta patri suo Pirrus similitudine respondebat. Affectuose ergo ipsum amplectitur et in lacrimis ipsum flebiliter osculatur, sua sibi discrimina tandem exponit de rege Acasto suas sibi referendo querelas. Dolet Pirrus, tacitus tamen omnia in mente conseruat. 2505) Ascendunt ergo superius auus et nepos, et ad Pirrum accedit comitiua suorum. 2507) Pirro vero statim innotuit quod Philistenes et Menalippus, filij regis Acasti, ad nemora ipsa perueniunt causa venandi. 2511) Quo audito statim Pirrus exuit vestes suas et quadam vili et veteri veste sibi quesita, lacerata multas in partes, se induit et accinctus quodam ense, socijs suis data licencia, solus properauit ad nemus. Nondum igitur Pirrus multum per nemus vagauerat, cum regis Acasti filijs obuiauit, qui a Pirro querunt quis sit, vnde venerit et quo vadat. 2520) Pirrus autem respondit eis: se esse de Grecia et a Troia cum suis socijs cum quadam naui ad patriam suam se voluisse redire; sed tanta maris tempestas contra ipsos inualuit quod post multa discrimina et labores non multum longe a litoribus naufragium sunt perpessi, sic quod quingente persone nauigantes in eis subito naufragio perierunt; 2528) ego tamen solus euasi, quem excellentes fluctus quasi mortuum ad litora proiecerunt, in quorum spuma dum frangitur in terra et in facie terre descenditur circa litus, perueni a tumefactione fluctuum se frangencium circa terram quasi mortuus deueni ad litus (!); vbi post multum vomitum aque salse, quam ex mari sorbueram, in aliquo respiraui et demum post multas angustias vix bene restitutus sum mee pristine sanitati. Et cum in naufragio ipso amiserim omnia que ferebam, pauper effectus, mendico pauper hostiatim, vsque dum veniam ad proprios lares meos. 2538) Vos autem, si nondum comedistis et detulistis in hoc nemus aliquid ad vescendum, estote michi de eo in aliquo graciosi! Qui sibi

And of sume-quhate do grace me till!«
And þai bad hime byde with þaime still.
Thane with þat come a mekile hart,
Richt spedely rynnand outwart.
2545 The quhilk hart suthly Menalippus
Followit ine haist, & left Pirrus
And his brodere withoutine mo,
Quhill he was richt fere passit hime fro.
Pilestenes þane lichtede sone
2550 Becauß of rest, with-outine honê.
Thane Pirrus drew his swerd ine hy
And slew hime þare richt cruelly.
Menalippus fone eftir þis
Retorned frome þe hart Iwis:
2555 Quhom Pirrus at his agane-cummyng
Slew hastely but taryinge.
And þus Pirrus his enemys (!) two,
Brethire to Tetides also,
His grandame one Acastrus syde,
2560 Slewe cruelly Ine-to þat tyide.
Frome þar slauchtere as he gan paß,
With one mete he, callit Cynaras,
Was famile to Acastrus kinge.
Pirrus him askit but mor lesing:
2565 Quhare þat Acastrus was but weire.
And he said he was cummand neire.
Than Cynaras Incontinent
He slewe; syne to his schippes went
And him arayed richely.
Syne to Acastrus hastely 2570
He went and met hime with blyth chere.
And Acastrus sperit but weire
At Pirrus, quhat he was. & he
Answerit agane in þis degre:
»Of Pryamis sonnis I ame one, 2575
And ame þusgatis throw Pirrus tonê.«
Than kyng Acastrus answerd þus,
Nocht knawand hime: »quhare Is Pirrus?«
And he said: »heire downe at hond,
All wery Is cummyne to þe lond 2580
And to ȝone dyche Is gone but maire«
And with his honde he schewed quhaire.
Than with þat he his swerd drew out,
To sla Acastrus king, but dout.
Than with þat Thetis come belyve, 2585
That was to king Peleus wyve
And douchter to Acastrus was
And modere alß to Achilles,
Grandame to Pirrus. þus said scho:
»Cosing, what etlis þow to do? 2590
Bird It not suffice in certanê
That þou my two brethire has slanê,
Thy enemys þocht? þow sla nocht heire
Thyne eld-fadere, mi fadere dere!«
And with þat sche to Pirrus rane 2595
And his arme, þat was strekit þane
One loft with drawine swerd, to slo
Hire fadere, sche helde still richt þo.

2557 u. 2593) l. emys. 2562) Ms. þai st. he. 2593) þocht st. yet? 2594) Ms. na st. mi.

---

dixerunt: Morare nobiscum. 2543) Interim quidam ceruus lentis passibus dum vagaret, coram ipsis apparuit: quem statim Menalippus a fratre suo segregatus insequitur, eo solo cum Pirro dimisso. Qui dum multum esset elongatus ab eis, dum multum insisteret ceruum persequi fugientem, Polistenes frater eius causa quietis descendit ab equo, et statim Pirrus in eum irruens ipsum protinus interfecit. 2553) Deinde cum frater eius Menalippus a cerui persecucione rediret, Pirrus euaginato ense in eum irruens protinus interemit; et sic Pirrus duos suos auunculos, fratres Tetidis auie sue, crudeliter interfecit. 2561) Qui dum ab eorum rediret cede, obuiauit ei Cynaras de familia regis Acasti; quem Pirrus interrogauit vbi esset rex Acastus; qui dixit ei Acastum prope esse. Et statim Pirrus Cynaram euaginato ense crudeliter morti dedit. Et confestim properauit ad naues, vbi pulchris vestibus de serico se induit et ab eis recedens Acasto regi obuiauit. Qui dixit Pirro: Quis es tu? Pirrus autem regi Acasto sic respondit: Vnus sum ex filijs regis Priami, qui ductus in captiuitatem sub dominio Pirri sum. Rex vero Acastus ignorans eum esse Pirrum, dixit ei: Vbi est Pirrus? Qui dixit: Valde a maris vexacionibus fatigatus descendit in terram et causa quietis accessit ad illam foueam, quam extensa dextera ei monstrauit; et statim euaginato ense ipsum voluit interficere. 2585) Tunc ei statim apparuit ibi Thetis, vxor regis Pelei, que et ipsa erat regis Acasti filia, mater Achillis et auia Pirri; que dixit ei: Care nepos, quidnam intendis facere? Nonne auia tua sum? orbasti me duobus fratribus meis auunculis tuis et nunc intendis me orbare rege Acasto, patre meo, proauo tuo? 2595) Et statim Thetis Pirrum firmiter amplectendo cepit brachium eius quo ensem tenebat in manu, ne ipsum contra regem Acastum eleuaret ictum. Cui dixit Pirrus: Rex Acastus, pater tuus, regem Peleum, virum tuum, a suo regno deiecit.

Than Pirrus said to hire in hy:
